



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

Liber CCX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

Sæc. XVII.
A. C. 1686.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

LIBER CCX.

INNOCENT. XI. PONTIF. MAXIM.
LEOPOLDUS I. ROM. IMP.

§. 1.

*Varia Ludovici XIV. Franciæ Regis
edicta contra Hugonottas.*

*Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 44.
Jäger. Hist.
Eccl. l. 6.
cap. 1.*

Nondum deferbuit Ludovici XIV. ardor, quo Calvinistas præcipue in Alsatia ab errorum tenebris ad veræ fidei lumen reduci adlaborabat: non pauci quidem, atque ex his plures Belli Ductores, Provinciarum Præfecti, multique etiam Prædicantes agnitæ veritati ultro victas dedere manus; plurimi tamen aut insana contradicendi libidine, aut cæca præconceptas opiniones tuendi pertinacia abrepti, freneticorum more sanantis Medici manum mordebant; quidam enim ac præcipue Cebennenses & Occitani ex nupera clade residui rursus arma adversus Regem, ejusque Ministros perarabant,

rabant, quocirca fatigata Regis patien- Sæc. XVII.
 tia die vigesima sexta Julii edictum ex- A. C. 1686.
 torfit, vi cujus singuli incolæ arma Ju-
 dicibus tradere, indicta mille librarum
 pœna, obstinatiores vero imposito mi-
 lite, ac carcerum minis coerceri jube-
 bantur, nihilominus non pauci spre-
 ta edictorum severitate ad tantam fana-
 tici Zeli intemperiem prolapsi erant,
 ut Religionis suæ summam in publico
 fuorum confluxu reponentes, suos pa-
 rentes, amicos, atque obvios quosque
 ad suas ædes convocarent, ibidemque
 a quodam Prædicante, aut eo deficiente
 a sutore, sartore, fabro lignario, ru-
 stico, imo & a garrula quadam fœmina
 concionem fieri rogarent: Crescebat
 sensim in aliis locis ejusmodi fanati-
 corum numerus usque ad duo millia,
 quorum plurimi in sylvis, montibus,
 locisque inviis ejusmodi conventus ha-
 buere, tandem vero haud dissimulanter
 etiam in urbibus, ac præprimis Ne-
 mausii ad publicos cætus convenerunt,
 exempli improbitate ipsos etiam No-
 biles attrahante, qui statis horis ac tem-
 poribus sermones fieri jubebant: Hanc
 temeritatem haud parum fovebant
 Prædicantes clam in Regnum illapsi,
 quapropter Rex die prima Julii edictum
 promulgari jussit, vi cujus interminata
 mortis pœna inhibitum, ne Calviniani

Bb 3

Præ-

Sæc. XVII. Prædicantes sine scripta Regis venia
 A. C. 1686, Gallias redirent, aut ab incolis hospiti-
 o recipere, vel clam in eorum
 ædibus occultarentur; cum autem in
 superhabito interdicto quidam Prædi-
 cantes irreperant, & non modo suam
 ab amplectenda vera religione debet-
 tari, sed etiam adversus eam petulanti-
 us declamare præsumerent, atque
 alius quidam e Barrensi Præfectura Ma-
 nistellus infantem a Calvinianis Pare-
 tibus natum, suo ritu tingeret, tam li-
 quam illi in carceres coniecti cum uxori-
 bus liberisque totius Regni finibus
 proscripti sunt: non deerant tamen
 qui, quamvis fidem Catholicam professi
 essent, cessante pœnarum metu ad ve-
 nitum reversi, sacris interesse renue-
 rent; sacrilegam horum perfidiam ul-
 turus Rex severiora condidit edicta,
 quibus Religionis Catholicæ exercitiis
 palam fungi, sacris Concionibus inter-
 esse, & saltem in Paschate peccata sua
 expiare, & cælesti epulo accumbere
 jubebantur: hanc in rem neo-con-
 versis particulares in Ecclesia sedes as-
 signabantur, erantque ante Templi fo-
 res collocati, qui absentium nomina
 signarent; alio etiam edicto die vige-
 sima nona Aprilis sancitum, ut infirmi
 Protestantes, si sacris Ecclesiæ Sacra-
 mentis muniri recusaverint, recuperata
 sani-

sanitate triremium vel carceris pœna Sæc. XVII.
 plecterentur, demortui autem infami A. C. 1686.
 currui impositi in cloacas projicerentur.

§. II.

*Idem Rex conversis Hugonottis per-
 benignus.*

Equidem Ludovicus Rex severitatem
 in obstinatos, rebelles, aut perfidos
 Hugonottas exercebat, erga illos
 tamen, qui Deo & Ecclesiæ obtempe-
 rarunt, sat munificum sese exhibuit,
 statuitque die decima Januarii, ut il-
 lis, qui ex Alsatia in alias Provincias
 secessuri, sua bona viliori pretio aliis
 vendiderunt, si mutata mente ad fidem
 Catholicam reversi sunt, hæc bona red-
 dito pretio restituantur: ut vero aucto
 fidelium numero Parochi ad majorem
 industriam provocarentur, ac majori
 cum fructu Officia sacra Neo-conversis
 impenderent, eodem Mense particu-
 lari diplomate Parochorum numerum
 augeri, & præter donaria decimas no-
 vales, aliaque honoraria Parochis cen-
 tum & quinquaginta, ceteris vero Vi-
 cariis septuaginta quinque florenos Im-
 periales quotannis ab his, ad quos de-
 cimæ majores spectant, præstari jussit.
 Insuper Argentorati redditus Templi ru-
 bri Equitibus Ordinis S. Mariæ de Monte.

B. b 4 Car-

Sæc. XVII. Carmelo & S. Lazari attribuit, simul
 A. C. 1686. que die septima Januarii confirmavit
 edictum, vi cujus masculis sub trir-
 mium, & foeminis sub pœna arbitraria
 vetitum, ne sine Episcopi & Magistra-
 tus consensu Compostellam, vel ad al-
 lias exterâs regiones sub Religionis
 prætextu proficiscerentur. Denique die
 prima Julii Rex Nannetensis Edicti ab-
 rogationem regio diplomate confir-
 mavit.

§. III.

*Ordinum Protestantium querelæ con-
 tra Franciæ Regem motæ.*

Immoto hoc Religionis studio, ac in-
 defessa Pastorum vigilantia tandem
 quindecies centena hominum millia
 ejuratis Calvini & Lutheri erroribus ad
 Ecclesiæ Apostolico - Romanæ gremium
 in Galliis convolarunt, atque ad majus
 converforum commodum ædes Sacræ
 ter centum a fundamentis erectæ sunt,
 inde vero tam ingens erat communis
 lætitiæ argumentum, ut Rex die sexta
 Januarii per universam Galliam solem-
 nem gratulationem instructo supplicum
 ordine fieri decerneret: pariter Inno-
 centius XI. Papa die decima octava
 Martii Patrum Senatam habuit, in quo
 ob tot filios ad salutem revocatos im-
 mensum paterni cordis sui gaudium ex-
 plica-

plicaturus, Purpuratos his verbis allo- Sæc. XVII.
 cutus est: „Lætor maximopere de Re- A. C. 1686.
 „gis Galliarum contra hæreticos suos
 „subditos actionibus, magna hæc fane
 „Dei misericordia est, quod tanto Mo-
 „narchæ ad extirpandam hæresin vires
 „dederit, ipseque suum Regnum ab ea
 „paucis mensibus liberaverit. Cum
 „ergo Regis Christianissimi pietas ac
 „Zelus, admirandum in modum tantis
 „in actionibus patefcatur, sacri Collegii
 „est, meritas ejus laudes celebrare,
 „quas ipsi accinet posteritas, quoties
 „memorabit opus adeo gloriosum, at-
 „que cedens in maximum Ecclesiæ e-
 „molumentum, &c. „

His dictis in omnibus Templis in
 gratiarum actionem solemne Sacrum,
 festivosque Deo Hymnos decantari,
 belli tormenta explodi, variaque pu-
 blicæ lætitiæ signa ad diem vigesimam
 octavam Aprilis edi jussit: nimiam ta-
 men severitatem, qua inscio atque in-
 vito Rege Prætores quidam in Calvi-
 nistas utebantur, usque adeo non ap-
 probavit, ut horum violentiam Christi
 exemplo, Apostolorum mandatis, &
 Sacris Ecclesiæ Canonibus adversari
 declarans, quasdam solemnitates, quas
 Galli præfata die Romæ celebrari pe-
 tebant, fieri interdiceret: Circumfe-
 runtur etiam literæ Christianæ Sueco-

Sæc. XVII rum Reginæ, quibus sententiam suam
 A. C. 1686. de militari hoc conversionis modo edi-
 cere rogata, inter alia ad Tarlonum
 hæc die secunda Februarii scripsisse di-
 citur: „Miror Religionis Catholicæ ne-
 „gotia militarem in modum tractari.
 „Nollem ego rea esse Sacrilegiorum,
 „quæ committunt, qui ad Missæ com-
 „munionem coguntur, de molitionibus
 „Galliarum Regis non lætor, cum pa-
 „rum emolumentum ex iis ad Ecclesiam
 „Romanam redundet. Quin potius tot
 „honestarum ac nobilium familiarum,
 „quæ magis miserationes, quam odia
 „sunt commertæ, tristissimam sortem
 „lugeo, & ut dicam, quod sentio Gal-
 „liam ceu languentem & decumben-
 „tem, ac manibus pedibusque mutila-
 „tam intueor. Potuisset utique hære-
 „ticus morbus ferendo, patiendoque,
 „& adhibito molliori medicamine sa-
 „nari. Violenta certe hæc fidei propa-
 „gandæ ratio parum cum Evangelio &
 „Christi doctrina convenit. Sed & est
 „aliquid, quod me mirabundam tenet:
 „quod nimirum eo tempore, quando in
 „convertendis Calvinianis sudatur, Ec-
 „clesiæ Romanæ debita reverentia, &
 „obsequia denegentur. Quin scandala-
 „losa Ecclesiæ Gallicanæ libertas, nun-
 „quam minus a rebellionem abfuit,
 „quam hodie, idque ex Cleri studiis
 „pro

„pro Rege adversus Pontificem est Sæc. XVII.
 „manifestum. „ A. C. 1686.

Has tamen literas mere confictas esse, conjecturæ locus est; cur enim tam solerter reticetur, a quonam Regina suam mentem pandere, rogata fuerit, si a Tarlono? quid opus erat, literas ad eundem mittere, cum tam ipse quam Regina Romæ præsentibus essent, quis sibi persuadeat, Reginam contra Gallos ad Gallum tanta libertate scripsisse? insuper hæc epistola nulli nisi in Protestantium libris ac cerebro reperitur: Ut autem sit, id omnino certum est, quod Protestantes Alsatia & Hanonia Ordines, necnon Biontini, Saræpontani, Mont-belligardenses, & Lichtenbergenses coram Crequio Franciæ Legato Ratisbonæ pacem Monasteriensem tam in Ecclesiasticis quam Politicis graviter a Gallis violatam quererentur, atque inter alia exponerent, quod in comitatu Sarwerdano, ac Saræpontano nulla non Evangelicorum templa jam destructa jaceant; omnes purioris Ecclesiæ Ministri, Romanensibus ibidem accedere nolentes, in exilium ire jussi; Auditores autem ac subditi earundem districtionum vi ad Apostasiam compulsi fuerint. Quod in omnibus locis, ubi vel septem personæ Catholicæ colligi possint,

Sæc. XVII. „possint, Sacerdotibus continuo melior
 A. C. 1686. „templorum pars cum Ecclesiasticis ju-
 „ribus & beneficiis saltem quoad me-
 „diam partem vendicetur, quod Evan-
 „gelici Præcones non raro falsas & fictas
 „tantum ob causas, v. g. si suos audi-
 „tores, Conscientiæ & officii ratione
 „ad constantiam in veritate salvifica co-
 „hortentur, ad graves multas dam-
 „nentur, ad carceres, ad proscriptio-
 „nes, & ignominias, eorumque munia
 „Sacerdotibus Catholicis committan-
 „tur. Quod multos Ministrorum Pro-
 „testantium oporteat ab officiis prorsus
 „abstinere suis, aut eadem obire ex ad-
 „versariorum præscripto: quod simpli-
 „ces, ac plebeij homines non vacuis
 „duntaxat persuasionibus ac delinimen-
 „tis quamplurimis alliciantur, sed &
 „vi ac minis ad communionem Roma-
 „nensium adigantur, imo exhibitis
 „deinde chartis cogantur subscribere,
 „se non vi, verum spontaneo motu
 „factos esse Romano-Catholicos. Quod
 „Evangelici suos liberos informatoribus
 „Papisticis jubeantur tradere; vicissim
 „prohibeantur ullum Romano-Catho-
 „licum, etiamsi serio velit, suis in cæ-
 „tibus admittere, secus ubi fiat, con-
 „festim iri abrogatum omnem suæ Re-
 „ligionis libertatem. Quod loca vacan-
 „tia Senatorum & officialium Augu-
 „stanæ

„stanæ Confessioni addictorum non mo- Sæc. XVII.
 „do suppleantur subjectis Papisticis, sed A. C. 1686.
 „& reliqui omnes jubeantur, aut offi-
 „ciis cedere, aut Romanensium sacris
 „accedere, quod constantes in profes-
 „sione Religionis Evangelicæ immuni
 „discessu defraudentur, aut minimum
 „liberis priventur suis, & immobilium
 „bonorum pretio fructuque. Quod Apo-
 „statarum onera civilia solis Concivibus
 „Augustanæ Confessionis imponantur
 „omnia. Quod Evangelicis Pastoribus
 „debita salaria, si non in totum, quo-
 „ad maximam tamen partem eripian-
 „tur, ut vitam ducere nonnisi fameli-
 „cam possint. Quod expresse manda-
 „tum sit, cuncta in eum reducere sta-
 „tum, in quo ante Reformationem Lu-
 „theri fuerint. Quod edicta Regia
 „contra Hugonotas Gallicanos antehac
 „edita jam adversus Lutheranos in
 „Alsatia, Mompelgartensi comitatu,
 „alibique locorum, publicari etiam cæ-
 „perint. Quodque nuper admodum
 „facultati Theologicæ Argentinensi facta
 „sit inhibito, ne ullam disputationem
 „typis excudi faciat, nisi prius D. Ob-
 „recti, Prætoris Regii Censuram
 „subierit. „

Attamen Protestantium querelis op-
 ponebantur graviores molestiæ, quas
 hi Catholicis sæpissime intulissent, quin
 ite-

Sæc. XVII. iterato interpellati eas tollere stude-
 A. C. 1686. duissent.

§. IV.

*Waldenses hæretici a Sabauda Duce
 regno excedere iussi.*

Hode hist. de Louis XIV. lib. 44. Priet. contin. Annal. pag. 971. Hotting. hist. Helvet. t. 3. l. 7. p. 1099. Ludovici XIV. Franciæ Regis exemplum pie ac laudabiliter sequebatur Victor Amadæus II. Sabaudia Dux, qui, cum diu, incassum tamen Lucernenses, Perusinos, aliisque in vallibus Pedemontanis latentes Calvinii aliisque erroribus infectos variis promissis, rationum momentis, monitis ac precibus ad fidem Catholicam redire sollicitabat, tandem die prima Februarii edictum promulgari iussit, vi cuius hiæc pertinacibus omnis suæ sectæ usus in Templis & in ædibus interdictus, diruta Tempia, omnesque Prædicantes proscripti, Regni finibus emigrare iussi sunt: Præceptum insuper, ut infantes a Sacerdotibus Catholicis sacro fonte abluerentur, nullus vero ex Hugonotis e Francia exulibus in eorum vallibus morari permetteretur, transgressoribus indicta triremium, aut perpetui carceris poena: Pars populi oblatas acceptabat conditiones, alii vero frustra adhibitis Helvetiorum precibus sectam suam iisdem mediis, quibus olim nata erat,

erat, pertinaciter tueri decrevere: Ita Sæc. XVII.
 que ad arma conversi, suorumque nu- A. C. 1686.
 mero per Gallos proscriptos aucto
 confisi, necnon viarum angustiis &
 præruptis montium securi præprimis
 pro antiquo Sectariorum more Catho-
 licos, ac præcipue Religiosos male ha-
 bebant, dein jactato Religionis, liber-
 tatisque obtentu apertam minitaban-
 tur rebellionem. Equidem Sabaudus
 hæc gentes armis debellare haud
 consultum ratus, die octava Aprilis in-
 stantibus Tigurinis & Bernensibus Le-
 gatis edictum promulgari jussit, vi cu-
 jus omnes intra octiduum arma ponere,
 Viris Apostolicis, ac Neo-conver-
 sis sua Tempia ædesque reddere jussi sunt,
 postea autem Dux singulis in sua secta
 obstinatis ditionibus excedendi, bona-
 que, quæ possiderent, vendendi facul-
 tatem dedit, expeditis hanc in rem
 publicæ securitatis literis: Verum hi
 nec patrium solum vertere, nec erro-
 rem ejurare deliberatum, fixumque ha-
 bentes, instaurata rebellionem obsistere
 cæperunt: Ergo Sabaudus auxiliaribus
 Gallorum copiis suffultus, die vigesi-
 ma secunda Aprilis in hosce fanaticos
 movere compulsus est: Valdenses, quo-
 rum plusquam viginti millia in armis
 erant, obstant majore animo, quam
 prudentia, peritis ductoribus destituti,
 truci-

Sæc. XVII. A. C. 1686. trucidant quamplurimos eorum, qui
 illos ad saniora reducere moliebantur:
 diutius tamen hostium vim, bellica-
 rumque machinarum tempestatem fe-
 rendo impares, ruptis, quæ opposue-
 rant claustris, alii qua proximum pe-
 tebat iter, alii in diversos saltus, &
 ignotas insequentibus valles profuge-
 runt: Instat fugientibus miles, unoque
 die duo supra viginti propugnacula oc-
 cupat, variisque in locis plusquam de-
 cem miseræ hujus gentis millia inter-
 cipit, ac tria millia in acie trucidat.
 Quamplurimi metu adacti ultro sese de-
 derunt, Ducisque clementiam implo-
 rantes, per Pedemontii urbes & arces
 distributi sunt: Nondum tamen plene
 debellata est paucorum pertinacia; hi
 enim ad latebras profugi, rursus ex
 valle Lucernensi & San-Martiane in
 novos vallium colonos inopino impetu
 irruerunt, quos tamen Sabaudia Dux
 Mense Majo adoriri jussit, eosque post
 leve prælium subegit, ex quibus plus-
 quam septingenti viri foeminaeque Du-
 cis misericordiae sese commiserunt, aliis
 latebras quaerentibus, quibus tamen
 Dux indulgit, ut deserta patria alio mi-
 grare possent, damnandi capiti, si re-
 dire præsumerent, quapropter bis
 mille nongenti triginta sex sese ad Ge-
 nevenses vel Helvetios receperunt. Tandem
 vero

vero Auriaci Ducis ac Helvetiorum pre-
 cibus datum, ut ad suos montes, val-
 lesque redire, avitisque privilegiis uti
 possent: eorum vero Prædicantes, alii-
 que, qui arma in manibus tenentes
 capti fuere, aliquamdiu in carceribus
 detenti sunt. Tertio post anno bis mille
 viginti ex hisce rebellibus per varias
 regiones in patriam reverti tentabant,
 ex quibus aliqui clam coemptis armis
 ad Suiensensem & Uriensem Pagum pe-
 netrare moliebantur, ibidem vero capti,
 ablatis armis Taurinum deducti sunt,
 alii ductore Henrico Arnoldo, Prædi-
 cante petulantissimo, Monachos, ac
 Nobiles velut obsides secum abstraxere,
 & obvios quosque, qui eis resisterant,
 trucidarunt, simulque Ranucii Cardi-
 nalis ex Gallia reducis sarcinas atque
 impedimenta deprædati sunt: Nec his
 contenti, cum in Segusino Monte ce-
 leberrimus eorum Bellidux cum ali-
 quot aliis a Sabauda milite captus fuisset,
 vices repensuri commisso prælio
 septingentos Sabaudos trucidarunt, at-
 que integram legionem in captivitatem
 abstraxere, quos omnes capite trunca-
 runt: postea abactis pecoribus, aliis-
 que violentiis quamplurimis impune
 perpetratis post crebras velitationes
 tandem ad montes suos pervenere, inde
 tamen frequenter in Sabaudiam ex-
 eunt.

Sæc. XVII.
 A. C. 1686.

Hist. Eccles. Tom. LXV. Cc euf=

Sæc. XVII. A. C. 1686. currentes tantam populis calamitatem intulere, ut Dux a Gallis bello pressus seditiosæ huic genti plenam securitatem ac liberum sectæ suæ exercitium indulgere, captosque Prædicantes, ipsosque rebellionis auctores libertati restituere cogeretur. Ita nempe Sectantium familiare est, ut ne victi quidem Catholico Principi suo fidem servent, sed novas identidem moliantur seditiones nisi is plene eorum voluntati, armatisque precibus ancilletur.

§. V.

Thesis de peccato Philosophico acriter impugnata.

*Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 355.
Abrege de
l'Hist. Eccl.
t. 12. p. 73.*

Hoc item anno Mense Junio P. Franciscus Musnierus Jesuita in Divionensi Collegio Theses Theologicas de peccatis publice propugnandas exposuit, inter quas hæc legebatur: *Peccatum Philosophicum seu morale est actus humanus disconveniens naturæ rationali & rectæ rationi, Theologicum vero & mortale est transgressio libera legis Divinae. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensiva Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æterna pena dignum.*

Hanc

Hanc thesin propugnabat Step^h-^{Sæc. XVII.}
 nus Bougot, Præside P. Dereux itidem ^{A. C. 1686;}
 Jesuita: gravis autem inde offensio ac
 dissidium inter Theologos oriebatur,
 quos inter præcipue Antonius Arnal-
 dus olim Doctor Sorbonicus eam Ro-
 mæ summo Pontifici, Episcopis, Prin-
 cipibus & Magistratibus ceu doctrinam
 vel verius novam hæresin non minus
 perniciosam, quam impiam & quæ
 ipsam quoque legem naturalem ever-
 teret, denunciavit, eamque impugnans,
 libellum edidit, cui titulus: *Nova hæ-
 resis seu denuntiatio peccati Philosophici:*
 vix Jesuitæ hosce motus inaudierant,
 cum illico edita apologia Societatem
 vindicare aggredierentur, præcipue eo-
 quod Arnaldus hunc errorem inter
 præcipuos Jesuiticæ doctrinæ articulos
 numerarit: quocirca in sui defensionem
 sub e mentito nomine Udalrici Jansoni li-
 bellum divulgavit. Nihilominus Author
 Catechismi Antverpiensis sub titulo in-
 stitutionis ad primam S. Synaxis re-
 ceptionem docuerat: *neminem peccare,*
nisi quatenus malitiam peccati sciât, atque
intelligat. Enimvero ex Catholicis Do-
 ctoribus quidam adversus hanc doctri-
 nam insurgens, oppido gravem ad Je-
 suitas fecerat adhortationem, in qua
 eos rogabat, „ut sententias a deo enor-
 mes e suis eliminarent scholis, eas-
 que

Ce 2

„que

Sæc. XVII. „que adeo non defenderent, ut potius
 A. C. 1686. „palam retractarent, neque divitiis
 „favoribusque confiderent, quibus ces-
 „suram evitari posse, sperant; cum hinc
 „ipsum in publicam populi offensionem
 „& Ecclesiæ opprobrium redundet
 „igitur potius communem propugnent
 „doctrinam: quod omnis ignorantia
 „ris naturalis, saltem in adultis
 „damnabilis:„ denique hic Doctor, se
 „se ab illis ex charitate petere asseveravit
 Nihilominus idem P. Musnierus sua
 thesis declarationem edidit hujus tenoris:
 „Non sine extremo dolore, peti
 „legi scriptum sub titulo *hæresis novæ*
 „&c. ac summa admiratione defixum
 „intellexi, quod occasione thesis die
 „. . . Junii 1686. *de Peccatis* in Collegio
 „Divionensi propugnata, quidam inter
 „fideles scandalum concitarint, & non
 „modo me solum, sed mecum integram
 „nostram Societatem arguere præsum-
 „pserint, perinde ac si consentientibus
 „Superioribus & juxta fundamentalia
 „nostræ Theologiæ principia docuissent
 „quod peccata quamplurima tam a
 „Christianis quam infidelibus committi
 „non sint offensa Dei, nec ejus odio, nec
 „pœna æterna digna: quoniam vero
 „simul mihi innotuit, apologiam Socie-
 „tatis nomine contra accusationem ad-
 „eo iniquam brevi vulgatum iri, hinc
 „ut

„ut ad totius Societatis, & mei ipsius Sæc. XVII.
 „defensionem & vindicias, quidquid A. C. 1686.
 „in me est, conferam, publice decla-
 „randum esse censui, quod I. Thesis,
 „in qua dixi, *peccatum Philosophicum non*
 „*esse offensam Dei, nec ejus odio aut pœna*
 „*æterna dignum, reipsa ejusmodi con-*
 „*cepta sit verbis, quæ contra meam*
 „*voluntatem in duplici ac diverso sensu*
 „*accipi possint, 1. absolute, seu quod*
 „*peccata mere philosophica ab omnibus*
 „*hominibus, qui Deum non cognoscunt,*
 „*vel actu de eo non cogitant, reipsa com-*
 „*mittantur, 2. hypothetice, seu quod*
 „*attenta sola terminorum notione mere*
 „*affirmetur, esse vel non esse peccatum*
 „*Philosophicum, in hypothesi, quod*
 „*tale committatur, quin affirmetur,*
 „*quod reipsa committatur: Deum vero*
 „*testor, quod sensum absolutum defen-*
 „*dere, nequidem cogitaverim, prout*
 „*ex scriptis a me dictatis elucet; nam*
 „*præterquam quod argumenta ad pro-*
 „*bandam meam thesin nonnisi facta hy-*
 „*pothesi valerent, insuper evidenter eo-*
 „*dem loco propositionem absolutam cum*
 „*omnibus consequentiis odiosis, quæ*
 „*adversus me inferuntur, rejeci ac dam-*
 „*navi, sæpiusque disertis verbis de-*
 „*claravi, tam apud Christianos, quam*
 „*infideles ignorantiam atque inadver-*
 „*tentiam, qua peccatum fiat mere phi-*
 „*loso-*

Sæc. XVII. „losophicum, esse rem moraliter impo-
 A. C. 1686. „sibilem: id vero argumentis ex aucto-
 „ritate & ratione petitis probare fategi-
 „ac propterea non semel monui, quod
 „mea thesis loquatur de re, quæ nun-
 „quam contigit, nec unquam contra-
 „gere potest, falso ergo ac temere mihi
 „imputatur, quod peccatum Philoso-
 „phicum tanquam rem communem &
 „ordinariam statuerim. „

„Quantum vero ad propositionem
 „prout mera est hypothesis, qua præ-
 „cise explicatur, quidnam esset vel non
 „esset peccatum Philosophicum, si tale
 „daretur, non tradidi illam, velut opi-
 „nionem nostræ Societati propriam, sed
 „tanquam doctrinam in Scholis publice
 „receptam, quæ non plus valeat, quam
 „ex Doctorum auctoritate & rationibus
 „valere potest. „

II. „Qualecunque demum iudicium
 „Theologi, vel alii de mea thesi pro-
 „nuntiaverint, declaro, quod id nec
 „me in particulari, nec totam meam
 „Societatem respicere possit; si enim
 „nonnulli hanc thesin tanquam propo-
 „sitionem absolutam, pro hæretica &
 „impia habent, nil rejiciunt, nec dam-
 „nant, nisi quod ego prior jam diu
 „damnavi ac rejeci, si autem propo-
 „sicio mea hypothetica pro hæretica ha-
 „betur, tunc ego & Societas mea
 „non

„non acerbius petitur, quam ceteri Sæc. XVII.
 „omnes Theologi, qui hanc sententiam A. C. 1686.
 „tenuerunt; unde illam propugnare,
 „superfedeo, quia illam non tenui,
 „nisi quatenus in Ecclesia receptam,
 „aut saltem non rejectam esse existi-
 „mavi.,

Insuperhabita tamen hac declara-
 tione Arnaldus, ejusque focii voce &
 scriptis, quæ etiam in carmina & can-
 tilenas conversa fuere, adversus hanc
 opinionem acriter declamarunt, &
 quarto post anno Alexander VIII. Pon-
 tifex Maximus die vigesima quarta
 Augusti distinctionem inter peccatum
 Philosophicum & morale damnavit,
 ac sequens S. Congregationis Roma-
 næ Inquisitionis decretum confirmavit:
 „Sanctissimus Dominus noster Alexan-
 „der Papa VIII. non sine magno animi
 „sui mœrore audivit duas Theses, seu
 „propositiones, unam denuo, & in ma-
 „jorem fidelium perniciem suscitari;
 „alteram de novo erumpere, & cum
 „sui Pastoralis officii munus sit, oves
 „sibi creditas a noxiis pascuis avertere,
 „& ad salutaria semper dirigere, dicta-
 „rum thesium, sive propositionum exa-
 „men pluribus in sacra Theologia Ma-
 „gistris, & deinde Eminentissimis &
 „Reverendissimis D. D. Cardinalibus
 „contra hæreticam pravitatem genera-
 Cc 4 „libus

Sæc. XVII. „libus Inquisitoribus sedulo commisit
A. C. 1686. „qui pluries, & mature discussis in

„scriptis thesibus, seu propositionibus
„super unaquaque ipsarum sua suffraga
„Sanctitati suæ sigillatim exposuerunt.

II. „Bonitas objectiva consistit in
„Convenientia objecti cum natura ra-
„tionali: formalis vero in conformitate
„actus cum regula morum, ad hoc scilicet
„sicut, ut actus moralis tendat in finem
„ultimum interpretative: *Hinc homo non
tenetur Deum amare, neque in principio
neque in decursu vitæ suæ moralis.*

III. „Peccatum Philosophicum, seu
„morale est actus humanus disconve-
„niens naturæ rationali, & rectæ ra-
„tioni. Theologicum vero, & mortale
„est Transgressio libera Divinæ Legis.
„Philosophicum, quantumvis grave, in
„illo, qui Deum vel ignorat, vel de
„Deo actu non cogitat, est grave pec-
„catum, sed non est offensa Dei, nec
„que peccatum mortale dissolvens ami-
„citiam Dei, neque æterna pœna
„dignum.

„Quibus peractis, Sanctissimus, om-
„nibus plene & mature consideratis,
„primam thesim, seu Propositionem de-
„claravit hæreticam, & uti talem dam-
„nandam & prohibendam esse, sicuti
„damnat, & prohibet sub Censuris &
„pœnis contra hæreticos & eorum fau-
„tores

tores in jure expressis. Secundam Sæc. XVII.
 „thesin, seu Propositionem declaravit A. C. 1686,
 „scandalosam, temerariam, piarum
 „aurium offensivam, & erroneam, &
 „uti talem damnandam & prohibendam
 „esse, sicuti damnat, & prohibet, ita,
 „ut quicumque illam docuerit, defen-
 „derit, ediderit, aut de ea disputave-
 „rit publice, seu privatim, nisi forsan
 „impugnando, ipso facto incidat in ex-
 „communicationem, a qua non possit
 „(præterquam in articulo mortis) ab
 „alio, quacunq[ue] etiam dignitate ful-
 „gente, nisi a pro tempore existente
 „Romano Pontifice absolvi.,

Intuper districte in virtute sanctæ
 „obedientiæ, & sub interminatione Di-
 „vini Judicii prohibet omnibus Christi
 „fidelibus, cujuscunq[ue] Conditionis,
 „dignitatis, ac status, etiam speciali,
 „& specialissima nota dignis, ne præ-
 „dictam thesin, seu Propositionem, ad
 „praxim deducant.,

Præterea hanc doctrinam Clerus
 Gallicanus in suis comitiis Anno 1700,
 pariter proscripsit. Nihilominus Anno
 hujus sæculi octogesimo octavo alius
 quidam Jesuita Lovanii Theologiæ Pro-
 fessor Mense Decembri publice hanc
 exposuit thesin: *quamvis existentia Dei e-
 tiam populariter sit demonstrabilis, non
 modo tamen non est propria per se nota quo-*

Sæc. XVII. ad nos, sed etiam fieri potest, ut ab hominibus
 A. C. 1686. ordinariis tantum Divinæ gratiæ auxiliis
 prævento ignoretur tantisper inculpate.

§. VI.

*Monasterium Virginum de Infantibus
 Christi destructum.*

*Briet. An-
 nal. cont.
 pag. 971.
 Abrege de
 l'Hist. Eccl.
 t. 13. p. 395.*

Nec tacendum videtur excidium Congregationis Virginum de Infantibus Christi: Repetebat hæc Sodalitas originem suam a munificentia Joannæ de Juliard, quæ post Mariti sui Caroli de Turle Mondonvillæi obitum amplissimas, quas habebat facultates impendit pro instituenda Congregatione Virginum, quæ quidem innuptæ, non tamen omni claustralis disciplinæ rigorem adstrictæ propriam salutem procurare desiderarent, simulque puellas in pietatis, virtutum, artiumque sexui ac conditioni competentium exercitiis instituerent, viduas etiam & conjugatas solitudinis sacræ amantes ad obeundis piis exercitationes reciperent, ac denique contagioso morbo affectis insererent. Primum hujus instituti Asceterium erigebatur anno hujus sæculi sexagesimo secundo Tolosæ, applaudente Petro de Marco Archiepiscopo, & Societatis statuta erigente Gabriele Cironio Universitatis Cancellario: Robertus ad.

addidit Alexander VII. Papa, qui die Sæc. XVII,
A. C. 1686,
 sexta Novembris diplomate Apostolico
 hoc institutum approbavit, ad plures
 Occitanæ & Provinciæ Urbes non sine
 magno fructu extensum: accessit etiam
 anno sequenti Regis confirmatio. Di-
 splicuit hæc Congregatio solis Molini-
 stis, eo quod illa Antonio Godeau Vin-
 ciensi, Francisco Apamiensi, & Gil-
 berto Tornacensi Episcopis placuisset,
 nullusque e Societate moderandis ha-
 rum Virginum conscientis præpositus
 fuisset. Non ergo ad hujus Ordinis ex-
 cidium opportunior erat prætextus,
 quam quod hæ Virgines Jansenismi ve-
 neno infectæ foeterent: sub consueta
 hoc obtentu non multum laboris erat,
 a Rege extorquere decretum, vi cujus
 hæ Virgines sui instituti exercitia inter-
 rumpere jubebantur: detecta tamen ob-
 tentus falsitate, in integrum fuerunt
 restitutæ: Bourlemontio autem ad Me-
 tropolitanam sedem evecto nova in eas
 inquisitio fuerat decreta, ubi ex junio-
 ribus quædam, munusculis minisque
 deterritæ, ad quæstionem: *an Christum*
non pro omnibus hominibus fuisse mortuum
 docuissent, affirmando responderunt,
 ignaræ, quid dicerent? Iniquissimo e-
 tiam tempore accidit, quod Guilielmina
 Pruhenquia, quæ viginti annos in præ-
 fata Societate degebat, e fenestra Asce-
 terii

Sæc. XVI. terii defiliens, Jesuitarum patrocinium
A. C. 1686. imploravit, caussata, vereri se, ne pari
 cum ceteris inhumanitate cruciaretur,
 re tamen ipsa duntaxat ad nuptias jam
 diu expetitas festinavit, quas quidem
 invita Matre, spretaque voti solemnitate
 contraxit, suæ tamen incontinen-
 tiæ miserrimo statu usque ad extremum
 vitæ halitum promeritas dedit pœnas:
 nec tamen propterea vexationum finis,
 duo enim ex Molinistis Mirapicensem
 Episcopum inducere, ut Janfenismi
 calumniam Mondonvilleæ nobili Ma-
 tronæ impactam suo chirographo mu-
 niret, insuper Pater Robertus decen-
 nem puellam instigavit, ut Christum
 pro omnibus non fuisse mortuum, in
 Mondonvilleæ schola traditum testare-
 tur: Hisce testimoniis subnixi Molinistæ,
 ea, qua in Aula valebant auctoritate,
 impetrarunt, ut hujus instituti Consti-
 tutiones, quas perniciosis erroribus sca-
 tere ajebant, ab Harlayo Parisiensi Ar-
 chiepiscopo, Patre de la Chaise, aliis-
 que Deputatis examinarentur, ac Regio
 mandato die vigesima quarta Octobris
 & proximo Mense hæc Moniales, ne
 alias vel ad habitum, vel educationem
 admitterent, prohiberentur, & quam-
 vis Mondonvilleæ hujus instituti Fun-
 datrix pro tuenda innocentia sua Pari-
 sios ad Aulam ipsamet accessisset, atque
 Archi-

Archiepiscopus, ipsa non audita, nil tentatum iri pollicitus esset, nihilominus prævia nulla juris forma, nulliusque criminis rea die vigesima septima Aprilis hoc anno in exilium migrare iussa est, nec his contenti erant Molinistæ, sed insuper die duodecima Maij regium extorsere decretum, vi cujus ex *Doctorum consilio* regium confirmationis diploma revocatum est, præceptumque, ut hæc Congregatio, cunctaque Asceteria supprimerentur, ac Virgines ibidem educatæ Mense Decembri ad finem vergente ad Parentum suorum ædes reverterentur. Hujus decreti executionem urgebat Monpezatus Tolosanus Archipræsul, Moniales vero præter suæ innocentæ scutum omni præsidio destitutæ porrecto libello supplici Regi exposuerunt, Episcoporum non esse, vota relaxare, nec hucusque crimina tanta severitate digna fuisse probata, proin se ad sedem Apostolicam provocare, interim vero sese severissimis pœnis ultro submittere: Attamen hisce querelis non dabatur locus, sed die vigesima quinta Septembris Tolosanus Præses cum viginti quatuor militibus Monasterium ingressus, Moniales a Sacello, ubi orationi vacabant, vi extrahi, ac renitentes, etsi ægrotantes ac moribundas, inter multa

Sæc. XVII.
A. C. 1686.

con-

Sæc. XVII. convitia & verbera pedibus ad publicam
A. C. 1686 plateam raptari iussit: dein ablato Ta-
 bernaculo Aræ fuerunt destructæ, vasa
 sacra, reliquiæ, & cetera Ecclesiæ or-
 namenta ablata, & Sacellum penitus
 eversum, Mondovillæa in carcerem de-
 trusa, cunctaque Congregationis mo-
 nasteria in variis, urbibus sita pariter
 suppressa, eorumque bona plus offeren-
 tibus divendita, ex quibus Tolosani je-
 suitæ præfatæ Urbis Monasterium le-
 vissimo quindecim librarum millium
 pretio coemerunt, illud in studiosorum
 Seminarium conversuri: Hæc violen-
 tia plurimum offendit Innocentium Pa-
 pam, qui hujus causæ discussionem
 sibi reservatam ratus, ac delicta non-
 nisi a malevolis obrectatoribus obtendi
 haud ignarus, per suum Nuntium apud
 Regem de injuria exostulavit, cui ta-
 men responsum, plurimos abusos in
 Virginum statutis contra Ecclesiæ Ca-
 nones, ac consuetudines deprehensos
 esse, præcipue, quod hæ Moniales ex-
 tra Cænobium scholas haberent, ac Di-
 rectoribus Jansenistis uterentur: cum
 autem Nuntius hæc accusationum ca-
 pita minime probari, remque ad Ec-
 clesiastici Tribunalis cognitionem per-
 tinere reponeret, Rex replicari iussit,
 cuncta in Senatu suo rite examinata
 esse: nec deerant tamen, qui harum
 Virgi-

Virginum innocentiam probatis testi- Sæc. XVII.
 moniis vindicarent, hancque in rem A. C. 1686.
 varios ederent libellos, quos inter Ju-
 liardus Ecclesiæ Tolosanæ Præpositus
 hujus instituti Historiam a Molinistis e-
 ditam refellens, duos libros vulgavit,
 quorum prior: *Innocentia vindicata*, al-
 ter *detecta falsitas calumniosæ Historiæ*
Congregationis Virginum de Infantia Christi
 inscribatur. Insuper Peyssonelus li-
 brum sub titulo: *Innocentia oppressa* edi-
 dit, quem Anonymus quidam auxit,
 suoque libro hunc titulum præfixit:
continuatio Innocentiæ oppressæ: verum
 plures magni nominis Viri ob hæc lu-
 cubrationes vel compositas vel diffemi-
 natas graves admodum vexationes sub-
 ire cogebantur, atque inter eos Mail-
 leus Aquensis Seminarii Director in exi-
 lium migrare jussus Romam pervenit,
 ubi Professoris munere functus, re-
 gnante Clemente XI. ob Jansenismi su-
 spicionem in sacræ Inquisitionis carcere
 tamdiu hæsit, donec Benedictus XIV.
 tum Lambertinus Cardinalis, qui sub
 ejus Magisterio Theologiam didicit,
 anno sequentis sæculi decimo sexto,
 sua auctoritate eum libertati restitueret.
 Tam longæ, tamque graves sunt ma-
 nus eorum, qui Principum favore tuti
 sub Religionis velamine privata sua com-
 moda junctis viribus promovere atque
 etiam

Sæc. XVII. etiam cum Religionis ac veritatis
A. C. 1686. spendio procurare semper intenti sunt

§. VII.

*Bellicus Cæsaris apparatus contra
Turcas.*

*Theatr. Eu-
rop. tom. 12.
pag. 100.
Wagner hist.
Leop. 1. 9.
Gottfrid.
cont. Hist.
Chron. 1. 11.* Fluxerat hic annus armis Cæsaris
longe faustissimus; ipso enim Men-
Januario Mercius Comes copiis ex
periore Hungaria contractis Aradium
arcem feliciter interceptis, cæsisque
mille Janissaris Segedinum repentinam
oppressione captum, direptumque flammis
absumpsit: Heislerus quoque Cæsareus
Bellidux Töckelium, qui non
ita pridem libertati ac honori a Turcarum
Imperatore restitutus erat, haud
procul Segedino obruit, ingentique
præda potitus, quadringentos Tartaros
trucidavit, & non paucos in Tibiscum
flumen præcipites egit: pari felicitate
Comes Caraffa Töckelii molimina præ-
venturus, munitissimam ejus arcem
cui a S. Jobo nomen, obsedit, ac le-
lici unius glandis ignivomæ jactu tur-
rim, in qua pulvis pyrius, multaque
belli munimenta asservabantur, dissi-
cit, tantamque stragem terroremque
intulit, ut obsessorum quamplurimum
ruina sepultis, ceteri deditioem face-
rent: Supererat Töckelio Mongatium

in qua arce ejus uxor tanta pertinacia Sæc. XVII.
 sese tutata erat, ut Caraffa, qui eam A. C. 1686.
 cinxerat, ob ingruentes pluvias, alias-
 que difficultates haud superandas ob-
 sidionem solvere cogeretur: Interim
 vero Cæsar a Germanis Principibus
 nova auxilia conquirere intentus erat;
 nam præliis etiam secundis atterebantur
 copiæ, & quo plures occupabantur ur-
 bes, eo rarior erat in acie miles; præ-
 primis igitur Cæsar Freytagium Baro-
 nem ad Electorem Brandeburgicum
 misit, cujus etiam hortatu Elector,
 diu licet tergiversatus, tandem vicennale
 fœdus cum Cæsare iniit, atque octo
 selectioris militiæ millia in Hungariam
 præmisit, simulque Polonos inter &
 Moschos armorum societatem contra
 Turcas conciliavit, non sine maximo
 rei Catholicæ proventu; quamvis enim
 schismaticus Patriarcha vehementissi-
 me obstitisset, Moschorum tamen Dux
 Catholicis tum Kioviæ, tum Smolenski
 liberam sacris suis operandi facultatem
 indulgit: peropportune etiam inter Cæ-
 sarem, Bavarum, Francones, Bata-
 vos, aliosque Imperii Ordines ad mu-
 tuam, si quod bellum immineret, de-
 fensionem fœderatio Augustæ Vindeli-
 corum die prima Augusti sancita est,
 quam tamen Ludovicus Franciæ Rex
 sibi velut infensam, Lobkovitio Cæsareo
Hist. Eccles. Tom. LXV. D d Le-

Sæc. XVII. Legato incassum hoc fœdus excusante
 A. C. 1686. omnino abolitam voluit: unde post
 modum belli scintillæ excitatæ, quibus
 universa pene Europa miserrime con-
 flagravit.

§. VIII.

*Buda rursus a Cæsareo - Bavaris
 obsessa.*

Calmet Hist. de Lorr. t. I. l. 43. p. 1050. Augebatur indies novis supplementis
 Cæsaris exercitus, cumque Lotharingius in retentanda Budæ obsidio
 obfirmatus esset, de expeditionis modo cum Cæsare egit, ubi utrinque conven-
 tum, ut exercitus in duo partiret agmina, quorum primum quadraginta
 tribus millibus validum Lotharingius alterum duceret Maximilianus Em-
 nuel Bavarix Elector, qui ad sua octo totidem Cæsareorum, quina insuper Sa-
 xonum millia sibi adjungens, Alban Regalem petiit, cujus tamen Urbis ob-
 sidendæ mutato consilio arcem Bude-
 sem oppugnare statuit, cum interea
 Lotharingius urbis expugnandæ pro-
 vinciam in se susciperet. Dies erat de-
 cima octava Junii, qua Urbs undique
 cincta, omnesque aditus circum oc-
 clusi erant: substitit Bavarus cum suis
 ad pedem montis S. Gerardi, primoque
 insultu interceptis puerorum ac mulie-
 rum

rum turmis, quæ cum pretiosis sarcinis evadere parabant, S. Margarithæ Insulam gramine luxuriantem occupavit: Nec feriabantur Turcæ, quorum trecenti ex urbe in mercatores erupere, mox tamen a Lotharingio in urbem repulsi: paulopost Ertfni Præfectus in Hungarorum velitum turmas irruens, eas in fugam egit, tanta tamen clade a Budiano exceptus, ut demptis nonnisi tribus, una omnes a Cæsareis concisi perirent: interim in vallis ducendis, & suggestibus ubique erigendis tam strenue laboratum, ut Bavarix Elector octavo obsidionis die jamjam urbem inferiorem, muro per tormenta bellica disjecto caperet, amissis suorum mille quingentis: Tum vero tota obsidionis moles in superiorem Budam conversa est, & verberatione per quindecim dies continuata ampliatae ruinæ, & evibratis pilis majoribus ingens ædibus, hominibusque strages illata: ea propter Bavari expeditioris oppugnationis spe animati iterato assultum tentant, ubi tamen æquato utrinque decore ac clade pugnatum: Die vigesima secunda Julii candefacta pila in armamentarium delapsa pulverariam turrim tam horrida concussione disjecit, ut grandium lapidum fragminibus non modo ex Turcis, sed etiam

Sæc. XVII.
A. C. 1686.

Dd 2

Ba-

Sæc. XVII. Bavaris quamplurimi misere perirent
A. C. 1686. Collectis ex tanta trepidatione animi
Lotharingius per Königseggium Comitem, urbis Governatorem, nomine Altdurachmanum ad deditionem provocavit, sed nonnisi arrogans admodum responsum tulit: Ergo Lotharingius urbem acrius quam unquam infestari, mœnia continuo tormentis verberare jubet: excitantur novi aggere, atque ad ipsa urbis mœnia impigro labore cunicionales fossæ promoventur: aguntur cuniculi, infauso tamen plerumque successu, partim cum obsessi contramuniculis opera nostrorum & accessum eluderent, partim quod sæpius pulchritudinem suam omnem in suos authores transfunderet, nec paucos homines, nec parva operum perderet. Insuper Turcorum nostrorum clade elati, ferocissimam eruptionem tentabant, & quamvis a Cæsareis ruditer excepti fuissent, Brandenburgicos tamen, qui incautius hostem insecuti, in insidias inciderunt, internecina clade delevissent, nisi Cæsarei in opem accurrentes, instaurato certamine Turcas in urbem repulissent. nihilominus Turcæ Christianorum, quos secum captos abstraxerant, capita palis infixæ ad Urbis portas suspenderunt, quod tamen spectaculum militi iras nostras, vosque animos potius quam terrorem incutit.

incussit; unde ad diem vigesimam se-
 cundam Augusti decreta generali op-
 pugnatione, primo fudes una omnes
 comburuntur, & sub horribili tormen-
 torum explosione Cæsareo - Bavari si-
 mul procurrun, atque exemplo Lo-
 tharingii Ducis excitati, raro periculi
 mortisque contemptu impressionem re-
 petunt, per crebras obstantium cædes ad
 vallos usque penetrant, ac demum in vi-
 ctoriæ signum vexilla in ruinis erigunt,
 deturbatisque Turcis post trium hora-
 rum cruentissimam pugnam extimum
 murum per dimidiam Urbis frontem
 porrectum occupant: ne vero pari æstu
 proximiorum murum transcenderent,
 Gubernator fossam pice varioque ignis
 alimento repleti, atque incendi iussit,
 pessimo tamen consilio; ventus enim
 repente coortus pestem omnem fu-
 mumque in Turcas retudit: Bavari ta-
 men quamplurimi solutis tribus præ-
 grandibus cuniculis partim concremati,
 partim terra hausti aut in auras sublati
 periire: hac ipsa autem sociorum clade
 ceterorum fortitudinem inflammante,
 Eugenius Sabaudia Dux, & Badensis
 Princeps instauratis ordinibus denuo in-
 ferri signa jubent, moxque Bavari col-
 lato cominus pede in obstantes irruunt,
 iisque fugatis grandem semilunam oc-
 cupant: Cecidere tamen ex Cæsareo-

Sæc. XVII.
 A. C. 1686.

Dd 3

Bava-

Sæc. XVII

A. C. 1686

Bavaris bis mille sexcenti, ex Præfectis
centum triginta, atque ex Brandebur-
gicis præter septuaginta Tribunos quæ-
dringenti. Sollicitatur rursus Gubernator ad deditio-
nem, qui tamen respondit, se abducto Christianorum exercitu
aliam Turcicæ ditionis urbem futurum, imo & Budam, dummodo
dedita urbe obtineri posset: verum triduum eidem renuntiatum, non
tempeſtiva deditioe obſeſſis reliquæ fore ſpem. Poſtea ex Maximilian
manuelis conſilio arcis oppugnatio ſumitur; ergo Bavari Brandeburg
juncti nova impreſſione valla ſuperant, ac ſemel iterumque in caſtra
interiora eluctantur; Turcis tamen numero confluentibus, ingens
cæde proſſigantur, atque amiſſis, quæperant, ſtationibus receptui can-
deſideratis ſuorum quingentis quinquaginta gregariis & viginti duobus diviſi
ordinis Præfectis. Interim nuntiatum Thuringio, Vezirium tranſmiſſo Eſſen
ponte quindecim equitum millia præſiſſe, ac cum aliis ſexaginta millibus in-
borantis urbis opem accurrere: Ergo totus contrahitur equitatus, munitur
caſtra, cunctaque ad fortiter reſiſtendum neceſſaria parantur: Dies erat
cima tertia Auguſti, qua Vezirii exercitus in conſpectum ſe dedit, hinc ſpe-

ratæ victoriæ præludentes obsessi, sæ-Sæc. XVII.
 pius ex urbe eruperunt, toties a nostris A. C. 1686.
 repulsi: jamque numerosum Turcarum
 agmen a superioribus locis in planiora
 descendit, atque in sinistram Cæsareo-
 rum alam irruit; primo impetu Croatæ
 in fugam aguntur, a Palfio tamen ad
 pugnam revocati tam strenue dimicant,
 ut cæsis tribus Janissarorum millibus
 quinquaginta vexilla, & octo belli tor-
 menta præter optimam prædam refer-
 rent. Hac tamen clade nondum ter-
 ritus Vezirius, pugnam instaurat, quem
 tamen Bavarus Elector retrocedere com-
 pulsum dimidiæ horæ spatio secundum
 Danubii ripam insecutus est. Dunewal-
 dus aliud hostile agmen tam dextre
 circumvenit, ut una omnes citatissimo
 cursu ad castra reverti cogerentur, &
 ipsemet Vezirius totum exercitum Ert-
 linum usque reduceret, amissis ea die
 suorum quinque millibus: interim suf-
 fodiendis, exarmandisque hostium sta-
 tionibus intenti erant obsidentes, qui
 continua verberatione multis partibus
 urbis mænia everterunt: nec otiose in
 suis castris hæsit Vezirius; die enim
 vigesimo Augusti cum equestri Tartarum
 agmine Divi Pauli vallum tanto
 furore invasit, ut nostri tanto numero
 impares sese reciperent, proximi ta-
 men Brandenburgici fortiter quidem hosti

Sæc. XVII restiterunt, nec tamen prohibere poterant, quo minus duo ferme Turcarum millia in urbem penetrarent, ceteros vero Caprara partim trucidavit, partim ad suos recurrere compulit.

§. IX.

Buda a Cæsareo - Bavaris expugnata.

Wagner l. c. Continuatis expugnandæ Budæ curis, atque ampliato ruinæ hiatu Bavaricæ Elector in grandem turrinam affilia ardebat, ut ea expugnata omnem horretorum murum ad Danubium porrectum sibi vendicaret: quocirca die vigesima prima Augusti aliquot cohortibus actus, in hostilia munimenta impetum fecit, effusoque utrinque multo sanguine superiorem turris partem expugnavit; ultra tamen progredi haud licuit; Turcæ enim pilis ignivomis, densoque lapidum grandine tantam intulere stragem, ut Bavari, præter quadringentos gregarios trucidato Rumelio Bavarici exercitus structore stationem, qua potiti fuerant, deserere cogerentur. Postera die ter mille Janisfari aditum in urbem tentarunt, tormentisque abacti ad inferius oppidum confluxere, ubi everfis Cæsareorum stationibus in Danubium sese coniecerunt, eo circuitu intra muros penetratu-

Sæc. XVII.
A. C. 1686.

traturi, quorum tamen non paucis ab Altio Belliduce interfectis, ceteri desperato successu ad suorum equitum subsidia sese receperunt, alibi ingressum tentaturi: His sese opponit Mercius, desperatione tamen animos acuate Janissari supremo virium connisu certamen peracre edunt, ac eorum quidam in medios Cæsareos infano impetu in- vectus, Mercyum Belliducem longe ce- leberrimum impacto in cranium gladio sternit; accurrit cum recenti milite Pal- sius, qui hostem undique cinxit, cæ- sisque Janissaris bis mille ducentis, ce- terisque captis signa quinquaginta re- portavit. Interim Cæsaris exercitus valido Scharfenbergii agmine augeba- tur; quocirca habito belli Senatu ad diem primam Septembris universa ur- bis oppugnatio decreta est, paratisque ad aggressionem omnibus per integram diem Bavarus Elector urbem acriter verberavit: quarta autem a meridie hora in utrumque ruinarum latus tanto ardore incursum, ut Cæsarei per socio- rum cadavera, & densissimas telorum glandiumque nubes latius penetrarent: Obstat cum præsidiariis Gubernator, primosque nostrorum ordines destinatis jactibus sternit: Tum vero ipsa mutua cæde animorum indignationem inflam- mante, utrinque certaminum exarsere

Dd 5

stu-

Sæc. XVII. studia: Interim Oettingius Comes gra-
 A. C. 1686. dinantes inter sclopos & tubos inter-
 que volitantes grandioris plumbi glo-
 bos ad viciniore muris domos per-
 pit; dubio admodum successu; nam
 quicumque arma ferre poterant, vel
 ad summam necessitatem confluerent
 imo ipsi etiam, qui Spinolæ copia
 hucusque conclusas habebant, illuc
 currerunt; tandem extremo huic conatu
 sperata adfuit prosperitas: mox enim
 Spinola sese cum Oettingio conjungens
 densatisque ordinibus progressus, in-
 gentem stragem edidit; postea tanta
 vim non ferentibus Turcis, palamque
 retrocedentibus, Cæsarei perruptis va-
 lis, superatisque receptibus præcipua
 urbis plateam occuparunt, ac sese per
 ceteras partes diffuderunt: Tum vero
 jam non pugna, sed cædes erat; dele-
 tis enim potissimam partem præsidia-
 riis, ceteri in obvias aedes, in inferius
 oppidum, inque arcis aream, prout
 unicuique metus ac fors suaferat, con-
 fugiunt, pauci victorum gladios eva-
 dunt, cives, fœminæ, ac infantes
 armati & inermes promiscuo interitu
 cadunt, diffluunt sanguine barbaro
 plateæ, & quamvis Lotharingius
 cæde & direptione militem cohibere
 satageret, nullum tamen imperium
 medio victoriæ, vindictæ, iræ, præ-
 lique

liique æstu de sævitia ad Christianæ le- Sæc. XVII.
 nitatis leges victorem militem revocare A. C. 1686.
 poterat, præcipue ubi compertum, quod victore obvios quosque per captam
 urbem sternente, quidam interim Janif-
 sari, ne victi quidem palmam con-
 cedere, sed potius mori, quam se de-
 dere parati, sese in platea, ab Judæis
 dicta collegerint, ipsoque Governatore
 animos addente pugnam restaurarint,
 qui tamen telis hastisque confixi in ar-
 cem profugere coacti sunt, ipsomet
 urbis Governatore multis vulneribus
 confecto. Dissipato hoc globo ad inte-
 riora urbis victores penetrarunt, pu-
 gnandum tamen adhuc erat cum Tur-
 cis, qui ex arce erumpentes, ex colo-
 nis ad prædam in urbem effusis quos-
 dam trucidarunt, fugatisque ceteris
 ipsos militum ordines aggressi sunt;
 paulopost tamen repulsi, a Croyo ad
 arcis deditionem compellebantur, ab-
 jectis armis vitam ab iratis victoribus
 deprecati. Ita demum post bimestrem
 oppugnationem hæc Urbs, quæ per an-
 nos omnino ducentos & quadraginta
 quinque sub Turcarum jugo ingemuit,
 die secunda Septembris Cæsaris impe-
 rio reddita est, Deo quoque Victori-
 arum Auctori in Ecclesia principe solem-
 nes actæ sunt gratiæ, humata cada-
 vera, restinctæ flammæ, & repur-
 gata compita.

§. X.

Sæc. XVII.
A. C. 1686.

§. X.

Continuatus victoriarum cursus contra Turcas.

Expugnata hac urbe Ludovico Badenii Principi dabantur tredecim legiones, ut Quinque Ecclesias oppugnaret, qui etiam die decima quarta Octobris hanc urbem, necnon Simonturnam, Siclosium & Caposvarium Turcarum manibus post cruentam obsidionem eripuit: eodem quoque Mense Veteranus Comes cum quinque suorum millibus trino prælio viginti ferme Turcarum Tartarorumque millia profligavit, ingentemque equorum, omnisque generis impedimentorum prædam retulit, minus etiam secundo Marte adversus Venetos pugnabant Turcæ; hos enim Mense Junio Veneti iterata clade profligarunt, exustisque eorum castris Navarinum victricibus suis armis subegerunt: die etiam decima tertia ejusdem Mensis Methonem præcipuam Peloponesi urbem, & Mense Augusto reportata prius victoria Naupliam situ, munitis æque ac civium numero inclytam civitatem ad deditionem compulerunt.

§. XI.

Sæc. XVII.

A. C. 1686.

§. XI.

Controversia Papam inter & Archiepiscopum Coloniensem ob jus appellationis.

Captæ Budæ nuntium Innocentius XI. *Theatr, Europ. t. 12. pag. 998.*
 Papa tantis lætitiæ significationibus excepit, ut ea victoria velut universi Christiani nominis & Orbis propria fore videretur: ingens tamen hoc gaudium nonnihil turbaverat dissidium, quod inter summum Pontificem, & Maximilianum Henricum Coloniensem Archiepiscopum atque Imperii Electorem exortum erat; cum enim Pontifex ægerrime ferret, hunc Archiepiscopum simul etiam in Monasteriensem ac Leodiensem Episcopum a Canonicis fuisse electum, hinc eidem Beneficia Ecclesiastica conferendi potestatem, literasque Apostolicas denegatum minitabatur, nisi Monasteriensem Episcopatum ultro dimissurus esset: insuper iniquo tulit animo Pontifex, quod idem Archipræsul sæpius ad profanas curias provocasset: quocirca ejus Ministris & Leodiensibus necnon Sigenburgensibus Primoribus inhiibuit, ne deinceps in Leodiensis Episcopatus causis, aut controversiis ad Curiam Spirensis vel ad Aulæ Cæsareæ Senatam, sed ad Nuntium Apostolicum

Sæc. XVII. licum ipsamque sedem Apostolicam
 A. C. 1686. provocarent, intentata etiam anathe-
 matis pœna, nisi cuncta, quæ contra
 Sigeburgensis Monasterii Administra-
 torem hucusque in Bonnanensi Curia
 acta fuissent, intra quatuor hebdoma-
 darum spatium revocarent. Verum
 novæ huic molitioni intrepide sese op-
 posuit Elector, hancque excommunica-
 tionem, utpote in re civili nullam esse
 declaravit, simulque rem ocys ad Im-
 peratorem ac Imperii status detulit.
 suppliciter, ut ipsi hac in re suam inter-
 ponerent auctoritatem, ne quid in Ger-
 manæ libertatis præjudicium attenta-
 retur: Ceterum Archiepiscopus Mona-
 steriensem Episcopatum nonnisi in re-
 bus profanis administravit, eo quod Pon-
 tificiæ confirmationis diploma obtinere
 non potuerit, etsi ipsemet Imperator
 die septima Junii per suum Legatum
 hæcce literas a Papa impetrare stu-
 duisset.

§. XII.

*Viginti septem Præsules ab Innocen-
 tio XI. Romana Purpura
 decorati.*

Innocentius XI, summus Pontifex ea-
 dem die, qua Budensis Urbs a Cæ-
 sareis fuerat expugnata, post continua
 lamen-

lamenta ad Deum effusa tam inopinatō ^{Sæc. XVII.}
 tripudiabat gaudio, ut prosperi hujus ^{A. C. 1686.}
 successus cognitionem a Deo sibi an-
 nuntiatam fuisse, non pauci haud te-
 mere arbitrarentur: Eadem etiam die
 secunda Septembris in prævium lætitiæ
 signum tam copiosa Cardinalium in-
 auguratione, ut talis pluribus retro an-
 nis non fuerit audita, sacrum Colle-
 gium auxit; viginti enim septem Præ-
 sules Romana Purpura honoravit. Ho-
 rum primus erat Horatius Matthæi Ro-
 manus supremus Pontificii Cubiculi
 Præfectus ac Damasci Episcopus. II.
 Joannes Walterus Slusius itidem Ro-
 manus, literarum Apostolicarum Se-
 cretarius. III. Dominicus Maria Carpi
 patria Florentinus Cameræ Auditor.
 IV. Joannes Franciscus Negroni patria
 Genuensis, supremus Thesaurarius &
 Bononiensis Legatus. V. Casparus
 Cavaliere Romanus, Cameræ Clericus
 & Belli Commissarius. VI. Jacobus
 de Angelis Pisanus, Urbis Romanæ
 Gubernator & Urbinatis Archiepisco-
 pus. VII. Marcus Antonius Barbarico
 Venetus, Corcyrensis Archiepiscopus,
 postea Montis - Falisci Episcopus. VIII.
 Leander de Colloredo Foroiulien-
 sis. IX. Joannes Casimirus Denhof Polo-
 nus, Ord. S. Spiritus Commendator.
 X. Franciscus Maria de Medicis, Flo-
 renti-

Sæc. XVII. rentinus, Cosmi III. Magni Etruriæ Ducis Frater. XI. Raynaldus Estensis patria Mutinensis, Francisci II. Ducis Frater. XII. Michael Radziwekyus Polonus, Gnesnensis Archiepiscopus. XIII. Petrus Matthæus Petrucci Sacerdos Congr. PP. Orator patria Gesiensis, ibidemque Episcopus. XIV. Guilielmus Princeps Fürstenbergius, Germanus, Argentinensis Episcopus. XV. Carolus Ciceri patria Novocomiensis, ibidemque Episcopus. XVI. Franciscus Josephus Saens de Aguirre Ord. S. Benedicti, Hispanus qui in Salmanticensi Collegio per viginti & amplius annos Theologiæ Lectorem egit, & varios sacra eruditione resectos edidit libros. XVII. Franciscus Petrus Salazar Hispanus ex Ord. S. Mariæ de Mercede, Salmanticensis Episcopus. XVIII. Stephanus Camus natione Gallus, Sorbonæ Doctor & Gratianopolitanus Archiepiscopus. XIX. Marcellus Durazzo Genuensis, Apostolicus in Hispania Nuntius. XX. Angelus Ranuccius, Bononiensis, Pontificius in Francia Legatus. XXI. Obizius Pallavicini Genuensis, Papæ Nuntius apud Polonos. XXII. Alexander Verisimus de Lincastro, Lusitanus, supremus Lusitanæ Inquisitor. XXIII. Fortunatus Carafa patria Neapolitanus. XXIV.

XXIV. Leopoldus Comes de Collonitz Sæc. XVII.
 Hungarus, Jaurinensis Episcopus. XXV. A. C. 1686.
 Maximilianus Gandolphus Comes de
 Khuenburg, Germanus, Salisburgen-
 sis Archiepiscopus. XXVI. Fulvius
 Affaldi patria Romanus.

§. XIII.

*Jacobus II. Angliæ Rex conjurato-
 rum insidias eluctatus.*

Quamvis Jacobus II. Angliæ Rex non
 modo plures ex illis, qui conspi-
 rationis in Regem conflatae crimen Ca-
 tholicis falso imputarunt, sed etiam Cal-
 vinistas de nupera conjuratione con-
 victos extremo supplicio mulctasset,
 supererant tamen non pauci ex Puri-
 tanis, qui Caroli I. Regis sanguine non-
 dum satures, etiam Jacobi II. Regis
 sui cruore inhumanas manus suas pol-
 luere anhellabant: Hi ergo ineunte hoc
 anno duos sicarios pacto sanguinis pre-
 tio subornant, qui in Regis cubile clam
 introducti, & sica sclopoque armati sub
 lecti siparium sese occultabant, dor-
 mientem Regem ferali ictu percussuri.
 Attamen Dei pro Regum salute excu-
 bantis consilio factum, ut ambo hi sce-
 lerati forte fortuna deprehenderentur,
 qui unacum aliis hujus conjurationis
 consociis mox capitis pœna affecti sunt:

Hist. Eccles. Tom. LXV. E e ne

Sæc. XVII. A. C. 1686. ne vero exulcerati, & fanatico sefe
 fuzæ studio abrepti homines ex fuppl
 ciorum feveritate rebellandi obtentum
 quærent, hinc Rex clementia uter
 dum ratus, cunctis, qui Monmuthen
 conspirationi impliciti erant, criminat
 veniam indulfit, exceptis iis, qui extr
 Regni fines degerent: nihilominus
 ditiofiffimus Præco Johnsonius, qui
 ante aliquot annos contra Eborac
 fem Ducem librum, cui titulus: *Bel
 lianus Apostata* edidit, novo fcripto Be
 duces ad excutiendum Regis obfequit
 follicitavit, deprehensus tamen ter
 fami palo affixus per urbis plateas
 gis cæfus est.

§. XIV.

*Ejusdem Regis studium erga fidem
 Catholicam.*

RapinThoir. *Hoc* periculo defunctus Rex primo
Hift. d'Angi. eo curas impendit, ut religio
t. 10. l. 24. Catholicam ex avita fua poffeffione in
 quiffimis aufibus eliminatam in Angli
 Regnum reduceret; hunc in finem
 gentibus non paucis, Londini Sac
 lum in Catholicæ Religionis ufum ex
 ftrui, atque in eo die vigefima octava
 Martii fagra primum fieri juffit, auct
 que indies Catholicorum numero Sa
 cerdotes & Monachos patria extorret
 revo

Sæc. XVII. faciant, & Anglicanæ Ecclesiæ doctrinam
 A. C. 1686. nam contra adversarios absque omni
acerbitate defendant, & tueantur.
 III. Populum ad pietatis usum, bonæ
 que opera, non minus exemplo
 quam rationibus e S. Codice depre-
 ptis, hortentur, eundemque. IV. Juris
 ductum *Catechismi*, ut vocant, primæ
 Christianæ Religionis præceptis studiose
 erudiant, Præterea V. ex studiola
 virtute ad concionandum non admi-
 tantur, nisi qui ab Episcopis legitime
 probatique essent. Denique VI. popu-
 lus, propositis etiam pœnis, ad factum
 diei Dominicæ cultum adigatur, &
 nefario rebellionis, nimis hodie com-
 munitis, crimine hac ratione abducatur.

§. XV.

*Scharpii Prædicantis petulantia
 Rege repressa.*

*Hist. de
 Jacq. II.
 Mem. de la
 dernière re-
 vol. t. I.
 pag. 51.*

Insuperhabito hoc Regis edicto Scharpius
 Londinensis Præco ad S. Annam justo
 dium in Ecclesia ad S. Annam justo
 hementius, ac contra omnes honestas
 leges in Romanam Ecclesiam inve-
 præsumperat: pariter delicti se reos
 cere alii duo Prædicantes Tullius,
 Maminghamus: quo comperto Jacobus
 Rex Henrico Northamptonio Lon-
 nensi Episcopo in mandatis dedit, ut
 Scharpius

Scharpium, eoquod suis fermonibus ^{Sæc. XVII.}
 populi odium accendere, eumque ad ^{A. C. 1686.}
 seditionem concitare molitus esset, a
 suo officio ad tempus amoveret: Verum
 huic mandato parere renuit Episcopus,
 caussatus, quod hunc Præconem non-
 dum auditum condemnare haud vale-
 ret: Hujus Pseudo-Episcopi renitentia
 Regi ansam præbuit, ut novam erige-
 ret Curiam ex tribus Episcopis, Cancel-
 lario, aliisque tribus compositam: his
 plenam dedit facultatem, ut auctoritate
 Regia, & *durante* ejus *beneplacito* om-
 nem jurisdictionem Ecclesiasticam exer-
 cere, omnes corruptelas corrigere, in
 delicta & transgressores legum Eccle-
 siasticarum inquirere, quoscunque Ec-
 clesiasticos in jus vocare, ac censuris
 plectere, necnon Universitatum, Colle-
 giorum, & cujuscunque cætus Ecclē-
 siastici statuta discutere, vel immutare
 valerent. Ast coram hac Curia Epi-
 scopus Londinensis die quarta & nona
 Augusti comparere jussus, forum decli-
 navit; caussatus, se utpote Episcopum
 non nisi a suo Metropolita judicari posse:
 hoc responso offensi Judices, post tri-
 nam commonitionem hunc Episcopum
 unacum Scharpio, aliisque duobus ab
 omnibus Ecclesiæ functionibus exclu-
 serunt, Londinensis vero Diæceseos ad-
 ministrationem interim aliis tribus Epi-
 scopis

Sæc. XVII scopis demandarunt. Postea Rex ab
 A. C. 1686. edicto prohibuit, ne Prædicantes
 hac sine speciali licentia matrimonium
 inirent, vetitum insuper, ne deinceps
 Pontificis effigies combureretur, pro
 antea quotannis die decima septima
 Novembris Londini in contumeliam
 Pontificis factum fuit, quæ actio tacta
 Rege & tota Natione Anglicana pro
 fus indigna imo & puerilis erat, et
 in Pontifice nil aliud præter Majesta-
 tem cuilibet coronato vertici insepara-
 biliter annexam, ac reverentiam illi
 debitam considerare voluissent: Ceter-
 um Rex, eoquod majori, quam in
 quitas temporum, & Sæctariorum ge-
 nius in Anglia tum ferret, ardore reli-
 gioni Catholicæ postliminii jure revo-
 candæ studeret, gentis illius errori suo
 pertinacius inhærentis invidiam furo-
 remque in se concitavit, uti postea
 referemus.

§. XVI.

Diversæ Congregationum Constitutions.

*Decis SS. Congr. Con-
 cil. Rit. &c.* Præterquam quod hoc item anno pro-
 hibitum fuerit, Romanæ Ecclesiæ feudi
 da sine Pontificis consensu alienare, ac
 propterea feudi Masserani alienatio Sab-
 audinæ Duci facta tanquam irrita decla-
 rata

rata fuerit, insuper die decima nona Sæc. XVII.
 Januarii a S. Concilii Congregatione de A. C. 1686.
 cifum, quod Moniales non subjectæ Epi-
 scopo clausuram vilitare volenti non te-
 neantur in Ecclesia vel ex - vel interi-
 ori erigere sedem cum Baldachino,
 sed sufficiat illi præparare stratum in
 utraque Ecclesia, neque Episcopus con-
 fessionalia in earum Ecclesiis exstantia
 visitet, nisi in contrarium legitima
 adsit consuetudo. Die autem vigesima
 tertia Martii S. Rituum Congregatio de-
 claravit, quod si sacram spinam de Corona
 Domini in supplicationibus, circumferri
 contingat, non deferatur sub Baldachi-
 no: eadem quoque Congregatio die
 quarta Maij decidit, quod quamprimum
 habita fuerit certa notitia de obitu
 alicujus Personæ, cantari possit Missa
 de Requiem: Præterea die secunda Ju-
 lii Congregatio Indicis sequentem pro-
 scripsit librum: *Joannis Dallæi de Sa-
 cramentali seu auriculari latinorum Confes-
 sione disputatio.* Ejusdem vero Mensis
 die vigesima S. Rituum Congregatio de-
 claravit, quod Officium SS. Nominis
 B. V. M. occurrens in festo exaltationis
 S. Crucis transferatur ad primam diem
 non impeditam. Denique S. Concilii
 Congregatio die vigesima quarta Apri-
 lis statuit, quod quando Episcopus Re-
 gularibus Sacramentorum administra-

E e 4 tionem

Sæc. XVII. tionem sine licentia factam prohibet
 A. C. 1686. si annexa est excommunicationis pœna
 deleantur verba: *ipso facto incurrenda.*

§. XVII.

*Nicolai de Albergatis Cardinalis
 obitus.*

Old. in add. **T**res ex Purpuratorum Collegio hoc
ad Ciacon. anno decessisse comperimus, ex quo
Ughell. Ital. bus primus occurrit Nicolaus de Alber-
Sæcra. gatis patria Bononiensis, qui sacratis
 literis in patria sua imbutus, ac
 doctoratus laurea insignitus, in
 vitis parentibus Clericali militiæ nomen dedit.
 Romam evocatus per varios honorum
 gradus ad Archipresbyteratum, postea
 Archiepiscopatum Bononiensem, ac
 demum anno Christi millesimo sexcentisimo
 quadagesimo quinto die sexta
 Martii ad Romanæ Purpuræ fastigium
 ascendit: Bononiam ad suam Diœcesim
 tertio post anno reversus, Romam re-
 dire iussus est, ubi Philippi IV. Hispa-
 niæ Regis favore potitus, ad Montis-
 Regalem & Panormitanum Archiepi-
 scopatus nominabatur, quos tamen ex-
 actus Canonum cultor acceptare renuit,
 unica contentus sponsa: Variis dein Le-
 gationibus, ac honorificis muniis de-
 functus, ac pluribus Patrum cœtibus
 adscriptus, ut suo muneri, præcipue
 Pœni-

Pœnitentiarii supremi dignius vacare Sæc. XVII.
 possêt, annuente Papa Bononiensem Ec- A. C. 1686.
 clesiam sponte dimisit. Tandem vero
 meritis plenus die vigesima quarta Maij
 æternitatis viam ingressus est, sepultus
 in Basilica S. Mariæ Trans Tyberim.

§. XVIII.

*Octavii Aquavivæ Cardinalis ex-
 trema.*

Ad hunc quoque annum refertur obi-
 tus Cardinalis Octavii Aquavivæ,
 patria Neapolitani, qui rara animi cel-
 situdine, ac peracuto ingenio prædi-
 tus, ab Urbano VIII. *honorarius*, ut vo-
 cant, *Camerarius*, plurium urbium Præ-
 tor, ac Congregationis Boni Regimi-
 nis Consultor renuntiabatur: Re-
 gnante Innocentio X. Signaturæ Judex,
 Romanæ Provinciæ Præses ac demum
 Cardinalis Presbyter & ab Alexandro
 VII, Legatus Apostolicus creatus, ma-
 gno animi robore Urbem veterem de-
 fendit, libertatemque Ecclesiasticam
 tutatus est: intrepida etiam constantia
 obstetit illis, qui conclavis libertatem
 post Innocentii X. obitum minis oppri-
 mere tentabant: demum vero anno æ-
 tatis suæ septuagesimo septimo Romæ
 diem obiit supremum.

Sæc. XVII.
A. C. 1686.

§. XIX.

*Laurentius Imperialis Cardinalis hoc
anno mortuus.*

*Priorat. in
Hist. Card.
Old. in ad-
dit. ad Cia-
con.*

Postremus ex Cardinalibus hoc anno decessit Laurentius Imperialis Patricius Genuensis, qui emenso studiorum curriculo Romæ Præfularem vestem indutus, Bononiensem legationem obiit, ac regendis Fano & Asculo urbibus præfectus, ab Urbano VIII. ad Pontem Lagi - Scuri Pontificii exercitus Dux eligebatur: postea pace confecta Romam reversus, ac variis muneribus auctus, Firmanos cives, qui arma contra Governatorem sumplerant, moderata severitate ad obsequium revocavit, summam propterea apud omnes prudentiæ æquitatisque laudem promeritus: quocirca præter Romanæ Urbis Governium insuper ab Innocentio X. in gratitudinis signum Romanam Purpuram, & variarum Congregationum Præfecturam obtinuit: Decorabatur etiam Ferrariensi legatione, quærite functus, denuo Urbis Governium non sine Romani populi applausu suscepit, quo durante cum inter milites Corsos, & Gallici Oratoris Domesticos, uti retulimus, tumultus fuisset excitatus, hæcque discordia a malevolis ipsi impu-

imputaretur, renuntiato gubernio Ro-
 ma excessit, ac Genuam profectus, sub-
 missis admodum literis apud Regem im-
 putatam culpam deprecatus est: quo-
 niam verò Ludovicus Rex hac submis-
 sione nondum placatus esset, & Genuen-
 ses ob Cardinalis præsentiam graviora
 sibi metuerent, quantocius relicta Ge-
 nua Cararam, & inde Luccam citatissi-
 mis equis profugit, postmodum ipse
 recta in Franciam iter arripuit, ut Re-
 gem de totius rei serie certiore redder-
 et, a quo tamen non nisi post composi-
 tas cum Alexandro VII. controversias
 admissus, tandem sincera rei enarra-
 tione tantum effecit, ut Rex saniora e-
 doctus, tam viva voce, quam literis
 ad Genuenses datis, se antea minus
 integra fide fuisse informatum testaretur,
 & Cardinalem ad se invitatum cum singu-
 lari existimationis testimonio ac cle-
 mentia dimitteret. Postea ad urbem
 gloriose reversus, mox a Clemente IX.
 supremus Inquisitor nominatus, & gra-
 vioribus sacrae Sedis negotiis adhibitus,
 relicta magna sui nominis fama tandem
 Romæ vita functus est, anno ætatis
 suæ septuagesimo quarto.

§. XX.

Sæc. XVII.

A. C. 1686.

§. XX.

*Principum atque Illustrium fata.**Theatr. Europ. t. 12.*

Inter Principes, quorum vitæ hic annus exitialis fuit, æterno encomio dignissima est Eleonora Gonzaga Ferdinandi III. Imperatoris conjux, ac Caroli II. Mantuæ Ducis Filia, Mulier non minus pietate, quam morum comitate, artiumque & liberalium scientiarum amore & studio adeo spectata, ut Aulam suam in eruditorum asyllum & literarum emporium convertisse vix esset: insigni etiam prudentiæ, ac mansuetudinis laude per integros triginta annos Aulam Cæsaream moderabatur: suæ etiam pietati initium debet Ordo Nobilium Matronarum, quæ *virtutis mancipia* vocabant: pariter in venerationem S. Crucis, cujus particula in Viennensi incendio a flammis intacta reperiebatur, erigebat Ordinem Sodalitatis sacræ Crucis: Decessit Viennæ die sexta Decembris. Hanc ejusdem Mensis die undecima sequebatur Ludovicus II. Borbonius Princeps Condæus inter ævi sui Belliduces militari scientia, Martisque fortuna longe celeberrimus, qui quamvis pro irrequieti animi sui indole per plures annos non sine magno patrii Galliarum Regni damno civi-

civilia bella aut movisset, aut promovisset, in extremis tamen mitissimæ patientiæ studium exhibuit, ac inter Religiosorum choros & preces & luculenta pœnitentiæ signa animam exhallavit. Die autem decima sexta Martii anno ætatis quinquagesimo nono obiit Charlotta Guilielmi V. Hassiæ Landgravii Filia, quæ Carolo Ludovico Electori Palatino anno hujus sæculi quinquagesimo nupta, paulopost a Mariti sui thoro disjuncta fuit. Denique Joannes Fridericus Marchio Onolsbacensis die decima tertia Martii, & Joannes Georgius Saxo-Eisenacensis Dux mortalitatem exuerunt.

Sæc. XVII.
A. C. 1686.

§. XXI.

Scriptorum Catholicorum lucubrationes & obitus.

Plures ex Scriptoribus Catholicis occurrunt, qui hoc anno calamum cum vita posuere; hos inter primus est Ludovicus Maimburgus, qui decimo sexto ætatis anno Societatem ingressus, haud imitanda audacia Verbum Dei aliquamdiu annuntiabat, postea Historiæ Ecclesiasticæ studio totum se impendens, pari temeritate Pontificum, Principum, aliorumque mores carpens, non raro veritatem seposuit, ut ab eo potius

*Du Pin Bibl.
des Auth
Eccl. tom. 18.
pag. 138.
Marvill.
mel. Hist.
t. I. p. 23.*

Sæc. XVII. potius neglecta, quam amata videre
 A. C. 1686. tur: unde quidam de eo dicere solitus
 erat, Maimburgum inter Historicos idem
 esse ac Momum inter Deos, eumque
 cum veritate ludere, vanas historias,
 & nugas ad aliorum oblectamentum,
 somnumque conciliandum garrere: fer-
 vente etiam Regalium causa Maim-
 burgus vel genio Societatis tunc for-
 tunam & potentiam Gallicam amplexæ,
 vel Regem demerendi studio, vel Pari-
 siensis Archiepiscopi favore deceptus
 consueta sua scriptitandi intemperie ad-
 versus Pontificem Gallicanos Præsules
 defendit: quapropter Innocentius XI.
 Societatis Generali in mandatis dedit,
 ut Maimburgum dimitteret: hujus man-
 dati executio utique fuisset impedita,
 si ipsemet voluisset Maimburgus, qui
 tamen, ne majores Societati molestias
 crearet, *multoque, quam hætenus, majori*
Zelo, ardore ac libertate Regis beneplacito,
 uti ipsemet fatebatur, deservire posset,
 anno hujus sæculi octogesimo secundo
 a Societate dimissus sub sæculari habitu
 in Abbatia ad S. Victorem reliquam
 vitæ ad annos septuaginta duos trans-
 egit, die decima tertia Augusti Parisiis
 repentino apoplexiæ tactu correptus,
 dum Historiam schismatum Ecclesiæ
 Anglicanæ concinnare pararet. Scripsit
 pacificam methodum sine disputatione
 con-

convertendi Protestantes, librum de Sæc. XVII.
vera Ecclesia, & vero Dei Verbo. Hi- A. C. 1686.
storiam Arianismi & Iconoclastarum,
Historiam Cruciatorum, & Historiam
schismatis Græcorum: sequentes vero
ejusdem libri Romæ a sacra Indicis
Congregatione fuere proscripti. 1. Hi-
storia de ruina Imperii post Carolum
Magnum. 2. Historia magni schisma-
tis Occidentalis, 3. Historia Luthera-
nismi & Calvinismi, 4. Historia Pon-
tificatus S. Gregorii Magni, 5. & tra-
ctatus Historicus de institutione & pri-
vilegiis Romanæ Ecclesiæ, ejusque Epi-
scoporum, in quo libro, inquit Sfon-
dratus, Maimburgus *plenam aciem in-
struxit, seque hostem, licet majori pompa,
quam damno, professus est, cum antea in
aliis libris suis Pontificiam dignitatem oc-
cultis tantum præliis minutisque impetisset,*
quamvis cuncta ejus argumenta non-
nisi a Calvinistis, Lutheranis, & Cen-
turiatoribus mutuata essent. Exstat
quoque ejus Historia Wiclefianismi,
necnon Pontificatus S. Leonis Magni,
præter varios sermones & epistolas.
II. Joannes Neercasselius Caltoriensis
Episcopus, ex Congregatione Sacerdo-
tum Oratorii edidit tractatum de do-
ctrina circa lectionem S. Scripturæ, de
Judice, cui competit eam interpretari,
Amorem Pœnitentem, & tractatum de
disci-

Sæc. XVII. disciplina circa cultum Sanctorum, &
A. C. 1686. B. Virginis. III. Claudius Vidal Be-
 nedictinus Congregationis S. Mauri po-
 steris reliquit Diarium Christianum
 IV. Joannes Baptista Cotelerius Facul-
 tatis Theologicæ Parisiensis Baccala-
 reus, qui quatuor homilias S. Chry-
 stomi in Psalmos unacum ejusdem S. Pe-
 tris Interpretatione in Daniele latinè
 & Græco sermone typis vulgavit, &
 mulque scripta Patrum Apostolicorum
 & monumenta Ecclesiæ Græcæ unacum
 eruditis annotationibus edidit. V. Va-
 lerius de Molavia Vaticanæ Basilicæ
 Beneficiatus prælo subjecit duas ora-
 tiones de laudibus Urbani VII. Pontifi-
 cis. VI. Franciscus Maria Magius
 Clericus Regularis, qui vitam Pauli III.
 Papæ, præfagia & insigniora gesta Ro-
 manorum Pontificum Sæculi XVI. &
 XVII. conscripsit, & Syntagma lingua-
 rum Orientalium, Rituale Theatinum
 Sanctimonialium, tractatum de ritibus
 & praxi incolendæ solitudinis, Cal-
 teum Religiosum, Rosarium B. V. præ-
 ter plurima alia cultum ejusdem B. Vi-
 ginis concernentia posteris reliquit.
 VII. Carolus ab Assumptione Comitum
 Briacensis Filius, qui abjecto Baltheo
 militari ad Carmeli excalceati solitudi-
 nem secedens, raram eruditionem cum
 profunda humilitate conjunctam habuit
 edi.

edidit tribus tomis sub nomine Ger-
 mani Philalethis Eupistini suum Trium-
 phum Thomistarum, seu SS. Augustini
 & Thomæ concordiam circa scientiam
 mediam, naturam puram &c. & Pen-
 talogum Diaphoricum. Exstat insuper
 ejusdem Funiculus triplex contra Ba-
 jum, Molinam & Jansenium, Theo-
 logi Flandri epistolæ decem de dilatione
 abolitionis &c. Vindictarum postulatio
 adversus rigoristas, & Elucidatio circa
 usum abolitionis consuetudinariorum,
 & recidivorum præter plura alia. VIII.
 Hermanus a S. Norberto Carmelita
 Excalceatus typis excudi fecit duos
 tractatus de voto Seraphico S. Theresiæ
 & de institutione & origine Mari-
 colarum, necnon viam mediam Con-
 fessariorum, confraternitatem Filii Dei
 paucis notam, Colyrium ad legum san-
 ctitatem intelligendam præter Medita-
 tiones. IX. Alexander a S. Theresia
 Carmelita edidit clypeum Religionis
 contra Novatores, Hydram profanarum
 novitatum, tempestatem Novaturien-
 tium, Regulam fidei, & confutatam
 justificationem praxeos illorum, qui
 septem peccata esse credenda docent,
 IX. Joannes Antonius d'Aubermont
 Ord. FF. Præd. scripsit doctrinam Lo-
 vaniensium de primatu Pontificis, re-
 sponzionem historicam ad Cleri Galli-
Hist. Eccles. Tom. LXXV. F f cani

sæc. XVII.
 A. C. 1686.

Sæc. XVII. canoni declarationem de potestate Ecclesiastica, expunctionem appendixis Papeprochii, qui officium Corporis Christi Divo Thomæ abnegavit, opusculum S. Thomæ contra Guilielmum de S. Amore, præter plurima alia.

§. XXII.

Acatholicorum Scriptorum opera decessus.

*Pipping
mem. Theol.
Univ. Hist.
Lexic.*

Plures ex Scriptoribus Acatholicis in anno obiere, quos inter primus erat Balthasar Babelius, qui memorabilia Historiæ Ecclesiasticæ recentioris, antiquitates Evangelicas & Judæicas, antiquitates Ecclesiæ Evangelicæ antiquitates Germaniæ primæ, Ecclesiam Ante-diluvianam, tractatum de Remonstrantium Scepticismo, & Philosophiam contra Walenburgios edidit præter nonnulla alio. II. Jacobus Spangulavulgaravit Historiam Genevensis, restitutam ad P. de la Chaise de antiquitate Religionis, miscellanea erudita antiquitatis, novitates Reipublicæ literariæ, monumenta antiquitatis Lugdunensis, atque itinerarium Græciæ Orientis. III. Abraham Calovius publici juris fecit Criticum sacrum Bibliæ, Syncretismum Calixtinum, Biblia illustrata, Socinianismum profugum.

tum, exegema Confessionis Augustanæ, Sæc. XVII. Theologiam naturalem & revelatam, A. C. 1686. hierarchiam Ecclesiasticam, commentarium in Genesin, & quamplurima alia. IV. Joannes Fell edidit varios antiquos Authores, ac præcipue Clementem Alexandrinum de divite salvando, Athenagoræ opera, opera Cypriani cum notis, collectionem Scriptorum rerum Anglicarum præter Responsum ad epistolam Hobbessii. V. Joannes Quiersfeld scripsit Christianam scholam virtutum, apertum pœnitentiæ cor, aliaque minoris momenti opuscula. VI. Michael Cobabus elucubravit dissertationem in Augustanam confessionem, tractatum de duabus naturis in Christo, de æterna Dei prædestinatione, de atheo, & alia nonnulla.

§. XXIII.

Midensis Synodi decreta.

Hoc item anno Episcopus Midensis *Regest.* Diæcesanæ suæ Synodi decreta *anth. decret.* Romam transmisit, ut ea a S. Congre- *Congr. Con-* gatione propagandæ fidei approbarentur: Inter alia autem in quinto & sexto *cit. l. 36.* decreto hæc fanciebantur. V. Quilibet sæcularis in foro Conscientiæ tene- *pag. 419.* tur, si fieri commode potest, interesse Parochiæ suæ ad Missam Parochialem
 Ff 2 die

Sæc. XVII diebus Dominicis, & Festis solemnibus
A. C. 1686. ribus.

Item ad audiendum verbum Dei
Divinam legem, fidei rudimenta, ma-
rum doctrinam, quæ ibi in concionibus
& Catechesibus annuntiantur, & tene-
centur. VI. Cumque pro Parochia-
rum frequentatione, præcepta, jura
& Canones extent quamplurimi, Ec-
clesia autem nullibi decernat, præce-
piat, vel ordinet, imo nec moneat
nec hortetur, nec consulat, ut potest
diebus Dominicis, aut festis Missam
aut Verbum Dei in Ecclesiis Regula-
rium audiat, noverint Regulares, imo
illicitum esse, quicquam attrahere po-
titive ad inducendum populum, ut
ipsum veniat diebus dominicis, & Festis
directe, vel indirecte, explicite vel im-
plicitate consulendo, hortando, aut
aliam alliciendo clandestinis diverticiis,
Confiliis datis in Confessionali, et
alibi, affecurando eos, vel eas ad missam
Parochiæ teneri, seu nullam esse obli-
gationem Parochianorum ad Parochiam
quoad auditionem Missæ diebus festis
& Dominicis, præsertim cum sit locum
melius, majoris meriti, sanctius, &
Divinius leges sequi communes, & pu-
blicas, quam privatas, seu privilegia
ab eis relaxantia, & Magistri non
exemplo, & doctrinæ propinquas
quippe

quippe qui non venit solvere legem, Sæc. XVII.
A. C. 1687.
sed adimplere.

Adversus hæc præcipue decreta Pa-
ter Proterus nomine Regularium ejus-
dem Provinciæ vehementer reclama-
bat, postulans, ut hujus Synodi De-
creta quamplurima, & præcipue quin-
tum & sextum corrigerentur, ac revo-
carentur: Desuper igitur consultata sacra
Congregatio Cardinalium Concilii Tri-
dentini die vigesima quarta Augusti re-
spondit, Parochianos ad prædicta hor-
tandos, non autem cogendos esse, ac
propterea ejusmodi decreta omnino
reformanda.

§. XXIV.

*Controversia ob Oratorum Asyla in-
ter Papam & Franciæ Legatum
innovata.*

Currens annus hujus sæculi octogesi-
mus septimus molestiis Innocen-
tio XI. Pontifici Maximo creatis oppido
serax fluxerat: postquam enim Estræus
Dux Franciæ Regis Orator Romæ die
vigesima nona Januarii septuagesimo
ætatis suæ anno mortalitatem exue-
rat, Pontifex Oratorum Asyla, seu
Franchigias ut vocant, Quateriorum eo
citius omnino abolere statuit, quo
promptius ceteri Principum ac præci-
pue

*Theatr. Eu-
rop. t. 13.
pag. 197.
Jæger Hist.
Eccl. l. 7. c. 1.
Priet. An-
nal. cont.
pag. 970.*

Sæc. XVII. A. C. 1687. pue Hispaniæ Regis & Christinæ
 ginæ Oratores jam antea huic libertati concessissent, & soli Galliarum Legato
 taxat usque ad ejus obitum hoc frui concessum fuisset: Non idem
 sensus erat Henrico Carolo Marchi Lavardino, qui a Ludovico Rege
 Aulam Romanam Orator destinatus, nil magis firmum fixumque habebat
 quam præfatum jus, quovis periculo tueri: idem animi propositum foret
 Franciæ Rex, qui ceterorum Principum exemplis sibi legem præscribi
 passus, jus a suis Majoribus diu possessum dimittere recusavit:
 minime ignorabat Pontifex, quod Lavardino nuntiari præcepit, Romam
 itineris molestiis parceret, nisi prætenso juri cedere paratus foret: imo
 eodem tempore, quo Estræi funus in Palatio in Ecclesiam S. Ludovici
 lemni pompa deferebatur, Pontifex cinerosos, qui ad Legati ædes accesserant
 confluerant, e latebris suis per Apparitores extrahi & in vincula conjici
 sit: Ea res stomachum movit Estræi Cardinali, qui graves, prolixasque querelas,
 frustra tamen, eo nomine apud Pontificem instituit, moxque Franciæ Regem
 per Cursorem de rei gestæ insolentia certiozem reddidit, acceptaque a Ludovico literis Papam ad
 eidem

eidem significans, quod Rex de Asyli Sæc. XVII.
 jure, ceterisque immunitatibus, quæ A. C. 1687.
 ejus Legatis deberentur, & a nongen-
 tis retro annis ab iis perpetuo & nun-
 quam interrupto usu exercitæ fuissent,
 ne latum quidem unguem discedere sta-
 tuisset, & nunc quidem Lavardinum in
 Oratorem selegisset, interim vero us-
 que ad ejus adventum ipse Estræus Car-
 dinalis Franciæ legationem obire jussus
 esset. Accepto hoc nuntio Pontifex
 reposuit, Lavardini adventum sibi gra-
 tum fore, ea tamen lege, ne Palatium
 suum impunitate concessa in criminum
 ac latronum receptaculum commutare
 præsumat.

§. XXV.

*Innovatum a Papa decretum contra
 Oratorum Asyla.*

Ut vero certius de firmo ejus animo Bull. magn.
 constaret, Pontifex die duodecima Innoc. XI.
 Maij Constitutionem edidit, in qua in- Const. 19.
 novatis Julii III. Pii IV. Gregorii XIII.
 Sixti V. qui Oratorum asyla abrogabant,
 decretis ita prosecutus est: „Cum ab
 „ipso nostri Pontificatus initio cordi no-
 „stro semper infixæ fuerit supra memo-
 „ratarum Constitutionum observantia,
 „verbo, & factis per Prædecessores No-
 „stros omni tempore studiose promotæ,

Ff 4

„eo-

Sæc. XVII. „eorundem vestigia sectantes, & h
 A. C. 1687. „gnanter Fel. rec. Urbani PP. VIII
 „qui in exordio sui Pontificatus, vide
 „licet die 5. Januarii 1626. peculiar
 „Edictum ad tranquillitatem, & quib
 „tem hujus almæ Urbis per tunc Gu
 „bernatores promulgari mandavit, &
 „successive die 15. Novembris 1634
 „idem Edictum speciali suo chirographo
 „declaravit. Nosque pariter alia die
 „similia edicta ob easdem causas, &
 „num sub die 26. Novembris 1677. &
 „alterum sub die 22. Februarii 1682
 „per nostrum Urbis Governatorem pu
 „blicari mandaverimus, quorum dispo
 „sitionem in omnibus, & per omnia
 „in suo robore permanere volumus.
 „Hinc est, quod Nos abominabile, &
 „detestandum Franchitiarum nomen,
 „quæ vulgo dicuntur *Quartieri*, contra
 „omne jus, fasque usurpatum, penitus
 „abolere, necnon dictarum Constitutio
 „num majori, & firmiori, ac inviolabi
 „bili observantiæ, & executioni con
 „sulere volentes, motu nostro proprio
 „& ex nostra scientia, meraque delibe
 „ratione, necnon etiam de Fratrum
 „nostrorum S. R. E. Cardinalium Con
 „silio, & assensu, ac præmatura consi
 „deratione præhabita, præinsertas Con
 „stitutiones supradictorum Julii, Pii,
 „Gregorii, ac Sixti, aliorumque Præ
 „decel

„decessorum nostrorum innovamus, Sæc. XVII.
 „confirmamus, approbamus, & Apo- A. C. 1687.
 „stolica auctoritate tenore præsentium
 „roboramus in omnibus, & per omnia,
 „ac etiam quatenus opus sit, de novo
 „disponimus, decernimus, ac perpe-
 „tuo & inviolabiliter exequi volumus,
 „& mandamus. „

„Ac insuper inhærendo etiam præ-
 „dictæ Bullæ in Cæna domini, quæ
 „firma, & illibata, ac in suo robore
 „permaneat, omnes & singulos in præ-
 „dictis Constitutionibus comprehensos,
 „quacunque dignitate, & auctoritate
 „tam Ecclesiastica, quam sæculari præ-
 „fulgentes, etiamsi de illis specialis,
 „specifica, expressa, & individua men-
 „tio facienda esset, qui in futurum in
 „hac alma urbe *Franchitias*, quæ ut
 „vulgo dicuntur *Quartieri*, habere, &
 „tueri quomodocunque præsumant, seu
 „prætendent, aut illarum prætextu,
 „aut alias quomodolibet justitiæ Mini-
 „stros, & eorum mandatorum, vel or-
 „dinum liberam executionem tam in
 „criminalibus, quam in civilibus im-
 „pedire, perturbare, sive per se, sive
 „per alios directe, vel indirecte, sub
 „quocunque titulo, vel colore tenta-
 „bunt, vel eisdem constitutionibus ad-
 „versum non parebunt, prout etiam
 „illos, qui in eadem loca, contra eas-

Sæc. XVII., dem Constitutiones se recipient, sine
 A. C. 1687., ad ea confugient, ultra pœnas in eas

dem Constitutionibus contentas in
 „Excommunicationis majoris, ac lata
 „sententiæ pœnam ipso facto incidere
 „a qua non per alium, quam per Nos
 „seu Romanos Pontifices Successores
 „nostros pro tempore existentes, nisi in
 „mortis articulo ipsi fuerint constituti
 „etiam prætextu quarumlibet facultat
 „tum, & indultorum concessorum qu
 „buscunque personis Ecclesiasticis, et
 „tiam speciali nota, & expressione de
 „gnis Sæcularibus, & quorumcunque
 „Ordinum Regularibus absolvi possint
 „decernimus, & declaramus.,

„Non obstantibus Constitutionibus
 „& Ordinationibus Apostolicis, privi
 „legiis quoque, & indultis, sub qu
 „cumque verborum forma quomodolibet
 „bet in contrarium concessis, constitut
 „matis, & iteratis vicibus innovatis
 „prætensis consuetudinibus, sive potius
 „corruptelis, contra omne jus, fasque
 „quomodolibet introductis, quas præ
 „sentes improbamus, annullamus,
 „cassamus, atque irritamus, cæteris
 „que contrariis quibuscunque.,

„Ut autem præsentis ad notitiam
 „omnium, & singulorum deducantur,
 „eas valvis Ecclesiæ sancti Joannis La
 „teranensis ac Basilicæ Principis Apo
 „stolice

„stolorum de urbe, & Cancellariæ Apo-Sæc. XVII.
 „stolicæ, ac in acie campi Floræ affigi A. C. 1687,
 „mandamus, ut nullus possit exinde
 „excusationem prætere, seu igno-
 „rantiam allegare.,,

„Nulli ergo omnino hominum liceat
 „hanc paginam nostræ voluntatis, in-
 „novationis, confirmationis, approba-
 „tionis, roboris, dispositionis, decreti,
 „executionis, mandati, declarationis,
 „improbationis, annullationis, casta-
 „tionis, & irritationis infringere, vel
 „ei ausu temerario contraire. Si quis
 „autem hoc attentare præsumperit, in-
 „dignationem omnipotentis Dei, ac
 „Beatorum Petri & Pauli Apostolorum
 „ejus se noverit incursum &.,,

Referunt nonnulli, hoc decretum
 a triginta Cardinalibus fuisse subscri-
 ptum, in ipso tamen Bullario non nisi no-
 vem sua nomina apposuisse leguntur:
 Ut autem sit, id certum est, quod
 Estræus & Maldachinus Cardinales ce-
 teris accedere recusatint, nisi desuper
 a Galliarum Rege mandata accepissent:
 nihilominus Pontifex hanc suam Con-
 stitutionem Templorum foribus, aliis-
 que consuetis locis affigi præcepit.

§. XXVI.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

§. XXVI.

*Dissidium inter Papam & Christinam
Suecorum Reginam ob ademptum
hoc privilegium.*

Jager l. c.

Enimvero Christina Suecorum Regina datis ad Papam literis immunitati præfatæ ultro renuntiabat, simul tamen enixe petebat, ut suorum domesticorum ædes ab Apparitorum molestiis liberæ essent, nec quicquam eo nomine in easdem attentaretur: Annuit Pontifex, salva tamen ejus Constitutione nuper edita: nihilominus ipsis feriis Paschalibus Lictores quemdam facinorosum, qui ad Templum Reginæ imperii obnoxium confugerat, expulsum, ceptumque abstraxere: Inde Regina, que in suo Sacello rei sacræ intererat, vehementer perculsa, misso protinus Lardino Centurione, aliisque Ministris captivum liberat, aparitoribus ultro ejus imperio cedentibus, culpamque deprecantibus: quo facto Regina de injuria sibi illata vehementer querebatur, Pontifex tamen Lardinum, ceterosque die decima septima Julii anathemate percussos capite damnari præcepit: inde vero magis irritata Regina, septimo post die ad Imperialem Pontificis Thesaurarium perscripsit, Deum absdubio suorum

rum causam defensurum, aut certe, Sæc. XVII.
 si vi eos ad supplicium rapi contingeret, A. C. 1687.
 plures eorum ruina involutum iri: cum
 autem ejusmodi minis Papam minime
 terri cerneret, non nihil pacatius agere
 cæpit, & Thomam Confessarium suum
 ad Patrem Maraciolum, qui Pontificis
 conscientiam moderabatur, unacum li-
 teris misit, in quibus offensarum, si
 quæ essent, veniam pro se, suisque a-
 pud Pontificem precabatur, cumque
 omnia suo jussu a suis patata fuissent,
 debitas summo Pontifici satisfaciendi
 rationes inituram spondebat, rogans
 tamen, ne ejusmodi posthac contume-
 liis afficeretur, mori potius, quam ta-
 lia pati parata: Ad hæc Maraciolus
 jussu Pontificis retulit, Papam lubenter
 omnia condonare, nec aliam petere sa-
 tisfactionem, præter dolentis animi te-
 stimonium, de cetero autem Papam,
 utpote sui Principatus Dominum, ejus-
 modi violentias secundum juris ac ju-
 stitiæ leges plectere, obstrictum esse,
 vicissim vero in id sedulo incumbere,
 ut Regina debito semper honore cole-
 retur, Innocentium vicissim sibi a Re-
 gina polliceri, ut novæ collisionis oc-
 casionem declinata in suos ipsamet
 Ministros forte facinorosos impofterum
 animadvertere vellet. Nec defuit ve-
 niæ favorisque pollicitationi operis
 con-

Sæc. XVII. constantia; Pontifex enim sublato anno
 A. C. 1687. themate reis veniam, & pristinum Re-
 ginæ favorem indulfit, eamque amplis
 munusculis in redintegratæ amicitie
 testimonium honoravit.

§. XXVII.

Lavardinus Franciæ Orator anathemate percussus.

Inter hæc Ranuccius summi Pontificis
 Nuntius in Galliis nulli pepercit la-
 bori, ut propositis aliorum Principum
 exemplis Ludovicum Franciæ Regem
 ad cedendam immunitatem, quam ejus
 Oratores Romæ in suis ædibus obten-
 debant, induceret: cum vero eum suo
 proposito firmiter insistere. jamque La-
 vardinum Oratorem Romam properare
 nuntiaretur, Innocentius illico Pontifi-
 ciarum Urbium Præfectos moneri jussit,
 ne Oratori alias debitum exhiberent
 honorem, nisi se prætenso juri cessu-
 rum promitteret, pariter Estreo Cardi-
 nali jussu Pontificis Cibus Cardinalis
 Franciæ Legatum non alia lege exce-
 ptum, agnitumque iri, per Abbatem
 Riccium nuntiari jussit, cunctisque Car-
 dinalibus (excepto Estreæ) inhibuit,
 ne Marchionem Legatorum numero
 haberent, aut consuetis honorum titu-
 lis prosequerentur. Nihilominus præ-
 missis

missis magno numero famulis Lavar- Sæc. XVII.
dinus die decima sexta Novembris du- A. C. 1687.
centis ferme armatis stipatus, Romam
ingredi parabat, a quo tamen Urbis
Præfectus ante portas sciscitabatur:
Quid sibi vellet armata hæc multitudo,
& an Marchio Pontificis mandato pa-
rere paratus esset? ad quæ Orator re-
spondit, se Pontifici significaturum ve-
nisse, quod Rex suus pro more Majo-
rum supremam Pontificis auctoritatem
contra impiorum machinationes, &
iniquas privilegiorum usurpationes
tueri vellet: dato hoc responso in ur-
bem admissus, mox Palatium Farne-
sianum castrorum more militibus suis,
aliisque mille ducentis Regis stipendia
merentibus cinxit, dato negotio, ut
publicos Apparitores, & vim, si qua
pararetur, arcerent: ipse vero in cir-
cumfusam & accurrentem undique mul-
titudinem nummos largiter dispersit, &
a venali plebecula longævæ vitæ, om-
nisque prosperitatis auguria retulit:
Salutabatur etiam eadem die ab Hi-
spano Oratore, Estræo & Maldachino
Cardinalibus, nihilominus tamen ad
summi Pontificis alloquium minime ad-
mittebatur, & quamvis minis ac pre-
cibus egisset, ut velut Orator habere-
tur, Pontificii tamen Ministri, quos ea
de re interpellabat, alto ubique silentio
eum

Sæc. XVII. eum excipiebant: Id ubi resciverunt
A. C. 1687. Franciæ Rex, Pontificis Nuntio in Gal-
 liis agenti aditu omni ad se illico inter-
 dixit, vetuitque, ne Versalias venire
 præsumeret, Pontifici autem nuntiare
 Gallos ex Pisani fœderis lege Castrum
 Roncillionis restitutionem pro Parmensi
 Duce armis procuraturos. His tamen
 Pontifex a sua sententia, animique con-
 stantia nihil remisit, nec vicissim La-
 vardinus cedendum ratus, contempto
 sacro fulmine unacum Coniuge sua
 splendidoque Aulæ comitatu die vige-
 sima quinta Decembris Ecclesiam S. Lu-
 dovici accessit, ibidemque in Nati-
 viorum Christi reverentiam Divino offi-
 cio interfuit, sacramque Synaxin ac-
 cepit: Re comperta Pontifex, ne pro-
 prias leges impune negligi permetteret,
 mox altera die publico interdicto præ-
 fatam Ecclesiam devovit, atque in Ec-
 clesiasticos eidem inservientes per Cat-
 dinalem Vicarium sequentem pronun-
 tiavit sententiam: „Auctoritate Apo-
 „stolica, & de mandato speciali S. D. N.
 „Papæ, denuntiatur, suppositum Ec-
 „clesiasticum Interdictum Parochial
 „Ecclesiæ S. Ludovici, ex eo, quia
 „Rector, & Officiales, & Ministri ejus-
 „dem Ecclesiæ temere ausi fuerunt,
 „admittere ad divina officia, & parti-
 „cipationem Sacramentorum, in pro-
 xime

„xime præterita nocte Sanctissimæ Nati- Sæc. XVII.
 „vitatatis Domini nostri Jesu Christi, Hen- A. C. 1687.
 „ricum de Beaumonoir, Marchionem
 „Lavardinum, notorie excommunica-
 „tum. „

Inde vero acrius quam unquam exarsere diffidorum flammæ, ac præpripis Lavardinus vehementissime offensus, scriptum quoddam ubique divulgari jussit, in quo injurias Regi suo illatas, & violentos Pontificis ausus exaggerans, necnon Pontificis decretum illegitimum omnique juris effectum destitutum declarans, suo diplomati Sigillum apposuit, montem exhibens tribus fulgetris percussum, cum hac inscriptione: *Impavidum ferient ruinæ: Spargebantur etiam quotidie in vulgus scripta, quibus ab aliis causa Pontificis, a nonnullis Franciæ jura defendebantur, atque inter alia hoc distichon Pasquini statuæ affixum cernebatur:*

*Correxit Petrum Gallus, ploravit
 Et ille,*

*Nunc Petrus Gallum corrigit, ille
 negat.*

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

§. XXVIII.

Pontificis causa in Parisensi Parlamento Regis jussu discussa.

*Hode Hist.
de Louis
XIV. p. 359.
lib. 44.*

Quamprimum Ludovicus XIV. Galliarum Rex, quæ hucusque hæc causa Romæ gesta fuissent, intellexerat, mox die sexta Septembris literas ad Cardinalem Estræum dedit, quibus ei injunctum, ut hac de re vehementer apud Papam quereretur, postea Pontificis decretum, & Vicariorum sententiam revocari, hancque injuriam a Parlamento vindicari jussit: Comperitur igitur Senatus, in quo die vigesima secunda Januarii Harlæus Procurator Regius perorans, exposuit, quod perlecta Pontificis Bulla, Francicæ Oportorem in ea interminatisque anathematibus minis comprehendi haud crederet, postquam vero Lavardinum excommunicatum, inaudiisset, haud ultra silentium tenere possit, quin declaret, hanc communicationem adeo luculentem esse, nullam, ut eam annullare supervacuum foret, nec ea perculsi absolutiorum a solo Deo dependere, certum esset, & proin a sola Majestatis potentia hujus injuriæ reparari.

„asylorum, quæ duntaxat per Regis Sæc. XVII.
 „moderationem & justitiam imminui A. C. 1687.
 „possent, conservationem ipse unacum
 „omnibus Gallis expectaret; nihilomi-
 „nus, cum ad venerationem Ecclesia-
 „sticæ auctoritati debitam in impiorum
 „aut imbecillium animis imminuendam
 „nil aptius esse videatur, quam perversus
 „præfatæ potestatis usus, hinc de-
 „claravit, se tam a Pontificis decreto,
 „quam a Vicarii sententia non ad In-
 „nocentium XI. melius informandum,
 „sed ad futuri Universalis Concilii tan-
 „quam vere supremi & infallibilis tri-
 „bunalis examen provocare: „ Hæc
 Harlæi oratio Aulæ Ministris adhuc
 nimis moderata videbatur, quapropter
 Talonius supremus Parlamenti Advoca-
 catus, cui lingua ad aculeatos sermo-
 nes semper erat expedita, altera die
 orationem habuit, in qua, quicquid
 Pontificem lædere, eique molestiam
 creare posset, libere effutiit, inter alia
 asserens, mirum esse, quod Innocen-
 tius XI. ad tantam prolapsus sit violen-
 tiam, ut Asyla Oratorum revocare,
 vanasque excommunicationis minas,
 quibus tamen nequidem tenerrimæ con-
 scientiæ terri debent, suæ Consti-
 tutioni addere voluerit; certum enim
 exploratumque esse, quod asyli causa
 mere sit profana, Reges eorumque Mi-
 nistros

Gg 2

Sæc. XVII. nistros in iis, quæ sui officii execu-
 A. C. 1687. nem respicerent, censuris non esse
 noxios, haud tolerandum igitur esse
 usum, quo Papa in re mere profane
 sacris armis, quæ tamen non nisi
 animarum salute adhibenda essent,
 ausus fuerit: non obstantibus Bullis
 decretis, quæ a variis Papis tanquam
 Principibus profanis Asylorum
 fione fuissent emanata, semper
 salva permansisse Oratoribus Asylorum
 jure, proin Innocentium XI. te-
 rem non minus impossibilem, quam
 legibus adversam: hanc injuriam
 Legato irrogari, Regem tot victoriis
 extirpata Calvini hæresi inclytum
 quam passurum, sed potius totis
 bus præpediturum, ne Franciæ
 tati tam grave vulnus infligeret
 auctoritate igitur Concilii reprimenda
 esse licentiam, qua Pontifices ad
 dicanda privata odia clavium potestatem
 abuterentur: propterea Parliamentum
 ad Concilium provocare, quantum
 aliunde Regiæ Majestatis jura nunquam
 coram Tribunali & jurisdictione
 ecclesiastica in controversiam duci
 sent. Insuper Papam Regalium
 fione per suos emissarios novam
 & nudius tertius primum exortam
 nionem de infallibilitate & potestatem
 indirecta in Principum temporalia
 totum

totam Galliam disseminasse, ac confirma- Sæc. XVII.
 tionis literas illis, qui An. 1682. congre- A. C. 1687.
 gati erant, denegasse, & propterea tri-
 ginta quinque Ecclesias Cathedrales suis
 Pastoribus destitutas esse: huic malo
 opportunum reperiri remedium, cum
 ante concordatum omnes vel Clero, vel
 a populo, & postea a Capitulis præsentem
 Regis Deputato electi, initiati fuissent a
 Metropolitano, postquam eorum electio
 fuisset approbata a Principe, qui non
 semper Clero & populo seligendi facul-
 tatem reliquisset, sed sæpissime ipsemet
 nominasset: idem igitur jus esse resu-
 scitandum, & quoniam Papa suam au-
 thoritatem Regiæ nominationi jungere
 recuset, præsumendum esse, quod hu-
 meros a molesti ponderis parte exone-
 rare velit, & ob corporis infirmitates
 pastorem suam vigilantiam in omnes
 Ecclesias extendere haud possit, jure
 igitur devolutionis, quæ in casu negli-
 gentiæ, nonnunquam etiam superioris
 ad inferiorem fit, Episcopis a Rege
 nominatis manus imponi posse, ac
 Papa concordatum violante haud æ-
 quum esse, ut deinceps pro dispensa-
 tionibus, ac confirmationum literis,
 ullæ pecuniæ Romam mitterentur, cum
 illæ in Regno ipso expediri valerent.,

His subjunxit ingentia beneficia
 olim a Pipino, Carolo Magno, ceteris-

Gg 3

que

Sæc. XVII. que Franciæ Regibus sedi Romanæ præ-
 A. C. 1687. stita, tum & quod Gregorio IV. e
 communicationem minitanti, Prælati
 Gallicani responderint, si *excommunicatus*
turus veniret, excommunicatus ab
 postea quæ inter Bonifacium VIII.
 Philippum Pulchrum olim acta fuisse
 aliaque ejusmodi dissidia acri inju-
 sensu in memoriam revocavit, demum
 vero in ipsum Papam Innocentium
 vehementer invecus, exclamavit: *Quis*
Pontifex, cujus præcipue interest
puritatem conservare, novarum
unionum progressum sistere, a tempo-
quo Divi Petri Cathedram obtinet, ce-
ssat cum apertis Jansenii Discipulis
commercium habere, eos suis favoribus
beare, deprædicare, seque illorum Pro-
tectorem profiteri, hosque perniciosos
& factiosos homines, qui per quad-
ginta annos ad diminuendam auctori-
tatem tam Ecclesiasticam quam pro-
fanam, sibi contrariam, omnes vi-
intendissent, hodie dum Pontifici
adolent, eo quod illos protegit, con-
fovet artes, quibus iterum Ecclesiæ
pacem turbassent, nisi Rex vigilantissimus
ille ac indefessus fidei Defensor &
tum divinitus nobis datum obstitisset
ipsum malignam quoque quietistam
sectam non ea, quam supremum e-
officium exegisset, cura extirpasse,

contrario autem Regem & infantes exagitasse criminabatur. Ex his denique conclusit Tallonius, a Papa esse appellandum, Regique supplicandum, ut ad Romana Oratorum Asyla in pristino suo vigore conservanda suam impenderet auctoritatem, ac indicto Concilio Provinciali, vel Nationali, aut Primorum conventu illorum sententias exquirere, ac media ad tollendas corruptelas ex vacantibus Episcopatibus emergentes aptiora seligere, suis subditis omne cum Romana Curia commercium ac pecuniæ transmissionem interdicere, cunctaque Pontificii diplomatis, ac censuræ exempla, ne ultra in Galliis vendantur, prohibere velit. Juxta hanc Talonii declamationem Parlamentum decretum edidit, in omnibus Parisinæ Urbis compitis publice affixum.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

Ceterum hæc Tallonii oratio non paucis ex ipsis Senatoribus displicuit; censebant enim, summo Pontifici, saltem quatenus est Princeps suprema & independente auctoritate temporali in urbem Romanam præditus, ac nulli, nisi soli Deo subjectus, parem cum ceteris Principibus in suo territorio leges condendi & abrogandi potestatem, jusque competere; insuper quidam Doctor natione Gallus *justificationem* Innocentianæ Bullæ edidit, demonstrare conatus,

Gg 4

tus,

Sæc. XVII. tus, appellationem in ejusmodi causa
 A. C. 1687. ad proximum Concilium, esse rebellio-
 nem contra auctoritatem Ecclesiæ: quæ
 imo Ludovicus Rex suo Parlamento
 longe religiosior nullum ex violentis me-
 diis, quæ Talonius suggererat, utri-
 panda censuit; unde tota res in minis
 verbis & scriptis stetit, totoque ferme
 biennio Legatus Romæ quidem excu-
 bias suas protraxit, nec unquam a Pon-
 tifice ad alloquium admissus, tandem
 a Rege in Galliam revocatus est; hæc
 enim ignorabat Rex, quod spectata le-
 gis æquitate Gallorum querelæ minis
 æquæ essent, ac Princeps supremus
 corruptelas adeo enormes ex Asylorum
 abusu emergentes plenam abolendi po-
 testatem eo certius habeat, quo sæ-
 pius ipsimet Principes sæculares contra
 Asyla Ecclesiis & Religiosorum Domi-
 bus adjudicata reclamarint. Ceterum
 si Papa Oratores eodem loco, quo alibi
 ejus Nuntii & omnium Europæ Prin-
 cipum Legati essent, Romæ haberet,
 suæ potestatis limites non excessisset,
 quodque ceterorum Principum sese tam
 necessariæ & justæ legi ultro subjecer-
 tium exempla Gallorum pertinaciam
 damnaret, & armatus Lavardini in-
 gressus in Urbem adeo luculenta fuerit
 vilipensio, ut quilibet alius etiam in-
 ferior Princeps illam non tolerasset. sed
 merito

merito talem Legatum adhibita vi repulisset, præcipue, postquam Innocentius prævie illum admonuerat, palamque declaraverat, quod nullum Oratorem admittere velit, nisi asylorum juri cederet: Si Papa Lavardinum, qui ad Papam in sua Metropoli insultatum venerat, armis profanis repulisset, hæc resistantia utpote potentia longe inferioris, temeraria quidem, non tamen injusta fuisset; jurisdictionem enim suam tuendi jura supremæ Majestati, non autem majori vel minori virium potentia annexa sunt. Ceterum Jacobus Angliæ Rex sopiendæ huic controversiæ operam suam obtulit, cui tamen Papa per suum in Aula Oratorem significari jussit, magnam omnino labem sedi Apostolicæ aspersum iri, si juri cuilibet Principi proprio cederet, idoneas tamen satisfactionis rationes Regi se propositurum pollicitus est, dummodo vicissim Rex a violentis ejusmodi machinationibus abstineret.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

§. XXIX.

Quesneli epistola ad P. Henricum Norisum.

Interim Quesnelus, ut suam fugam, pertinaciam, erroresque consueto iniquæ oppressionis velamento honestaret,

Gg 5

ret,

Sæc. XVII. ret, ad diversos majoris nominis Viros
 A. C. 1687. litteras dedit, ex quibus suæ causæ
 vindicias continet illa epistola, quam
 hoc anno ad P. Henricum Noris Au-
 gustinianum, postea S. R. E. Cardina-
 lem perscripsit hujus tenoris: „Anno
 „1678. in Generalibus Congregationibus
 „Oratorianæ Comitii Lutetiæ, ut ple-
 „rumque fit, Congregatis, cum gravibus
 „omnibus, qui intererant, metus in-
 „cussus fuisset, *admitente præpotenti viro,*
 „*penes quem rerum Ecclesiasticarum apud*
 „*nos arbitrium est,* conniventibus, et
 „etiam ad laborantibus aliquot Molini-
 „næ doctrinæ asseclis, quibus vix ultra
 „caret Societas Theologica; *cedentibus*
 „*Præpositis, Primoribusque Congregatio-*
 „*nis Viris,* quibus extrema quæque im-
 „pendere persuasum fuerat, ni prompta
 „cæcaque obedientia obviam iretur,
 „conscriptum est, & in Comitii vix
 „propositum, vix semel perlectum sta-
 „tutum, exemplar, seu formula Doctrinæ,
 „quam deinceps sequerentur, quot
 „quot docendi munus in Collegiis, se-
 „minariis, cæterisque studiorum domi-
 „bus obeunt: *scriptum ejus modi ab omni-*
 „*bus comitiorum Patribus subsignatum e-*
 „*undem nomine, Regi oblatum est,* ex
 „præpotentis illius viri Consilio, imo
 „imperio: scripta, eodem dictante, ad
 „Principem epistola, qua rei totius se-
 „riem

„riem exponunt, jurantque in propo- Sæc. XVII.
 „sitæ formulæ verba, nec se ab illius A. C. 1687.
 „tenore, ne transversum quidem un-
 „guem unquam discessuros: sic enim
 „res suas in tuto apud Regium animum
 „poni censebant boni viri. Per totum
 „triennium solis Professoribus lex ista
 „imposita est: alii plerique palam ac
 „libere de formula conqueri velut Au-
 „gustinianæ Doctrinæ adversa: imo sic
 „ubique adversus iniquam, ac probro-
 „sam Augustino docendi legem concla-
 „matum est, ut quotquot illius scri-
 „bendæ Authores, aut participes fue-
 „rant, illius invidiam deprecarentur,
 „*Illa me profecto suffragatorem habere nun-*
 „*quam potuit:* imo vero, quid de illa
 „sentirem velut Augustiniani dogmatis
 „juratus, auctore Deo & Christo, di-
 „scipulus, data occasione testatus sum.
 „Inde iræ, inde orta adversus me tem-
 „pestas, nam *primum a domo Parisiensis*
 „*abire jussus Aureliam ad Ligerim secedere*
 „*compulsus sum,* ubi non semel tentata
 „fides Augustino, imo Ecclesiæ debita
 „Præpositis ad id coactis, ut per Visi-
 „tatores singuli quique scriptum illud
 „doctrinale, per vivæ saltem vocis suf-
 „fragium probare compellerentur, quod
 „a plerisque præstitum est, a paucis
 „negatum. Neque hic tamen stetit
 „adversariorum conatus; nam post al-
 „terum

Sæc. XVII. „terum triennium, dum triennalia Cos-
A. C. 1687 „gregationis comitia haberentur, pro-
 „lata sunt Regia mandata, quibus iussu
 „omnes proprio chirographo formu-
 „lam munire, ejusque doctrinam ex-
 „professo amplecti. Edictum per Pro-
 „vincias missum, mandata visitoribus
 „exequendi provincia. *Omnes ad hanc*
necessitatem adacti, ut vel obtemperant, vel
quasi Regiis jussis rebelles a Congregatione
pellendi ad extremos Regni limites ablegan-
tur, aut pejus aliquid experiantur. Ut
 „utrique necessitati me subducerem,
 „meum, amicorumque consilium fuit.
 „Ab integro igitur biennio sic privatam
 vitam agere institui, ut a solito hominum
 Commercio segregatus locum, vix paucis
 amicis notum, paucioribus pervium . . .
 hactenus incoluerim.

§. XXX.

*Publicum Michaelis de Molinos sup-
 plicium.*

Godfrid.
Hist. chron.
t. 3. l. II.
Arnold hist.
Hæret. c. 17.
Pritr. de-
script. Ital.
præf. stat.
 Postquam fidei Inquisitores coram summo Pontifice & Cardinalibus Molinosii propositiones, quas se disseminasse falsus erat, ad examen vocaverant, insuper die decima quinta Februarii auctoritate Pontificia literas per universam Italiam ad Episcopos transmissere, quibus præceptum, ne purioris fidei obtentu

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

obtentu quietistarum conventicula haberi permitterent, nec latius hæretica hæc dogmata disseminari paterentur, inprimis autem caverent, ne animarum Directores hoc veneno infecti, aut suspecti sese in Monasteria insinuarent, Santimoniales corrupturi: Attamen hisce literis parum proficiebatur; compertum enim erat, quod per Italiam plusquam vicies mille homines, atque etiam diverforum Ordinum Moniales Molinosii erroribus faverent: Ut igitur publica tam foedi hæretici infamia & supplicio fideles a sectandis ejus erroribus absterrentur, cuncta illius opera carnificis manu flammis adjudicata sunt, ipse vero Molinosius die tertia Septembris in curru undique obtecto ex carcere, in quo integrum ferme biennium hæserat, ad Templum S. Mariæ super Minervam vinculis onustus, ac poenitentium vestem indutus deducebatur, ubi pegma ibidem erectum conscendere jussus, circumfusam hominum multitudinem imperterrito vultu aspexit, exclamans: *Ecce! hominem diffamatum, sed poenitentem.* Postea coram Pontifice & Cardinalibus sese demisse inclinans, ac cereum manu tenens, sententiam in se pronuntiatam, quam duo Monachi elata voce prælegerant, sine omni confusæ, pudefactæque mentis inditio excepit,

Sæc. XVII. cepit, universo populo exclamante,
A. C. 1687. ad rogam! ad rogam! sedato vociferan-
 tum tumultu Molinosius errores suos
 hætenus disseminatos palam revocavit,
 atque ad perpetuos carceres damnatus
 præscriptoque quotidianarum precum
 numero sua scelera expiare iussus, in
 custodiam a licitoribus reductus est, ubi
 ex populo pene innumeri hunc hæreticum
 cum ignis supplicio addicendum clamabant,
 ac lapidibus impetum suo ferori immolassent, nisi satellites populæ
 violentiam coercuissent. Altera die
 pariter Simon de Leone, ejusque Frater
 Antonius hos errores damnare coacti
 sunt: insuperhabita tamen hac severitate
 non deerant, qui tam in Italia, quam
 in Galliis novæ huic sectæ aut re ipsa
 patrocinantur, aut odio & invidia instigante
 eidem favere ab aliis falso dicerentur;
 perperam vero in erroris hujus suspicionem
 trahebatur Petruccius Cardinalis; quinimo
 Stephanus quoque Camus Gratianopolitanus
 Episcopus ac Cardinalis apud Papam
 insimulabatur, perinde ac si non modum
 quietistarum doctrinæ suffragaretur,
 sed etiam in sua Protestantes convertendi
 methodo, quam suæ Diœceseos Parochis
 præscriperat, docuisset, *scilicet solum Deum a Catholicis, Romanæque Ecclesie
 Consortibus adorari, & in solis Christi*

Christi merito, non autem in imaginibus Sæc. XVII.
aut reliquiis, utpote omni efficacia & vir- A. C. 1687.
tute destitutis spem & fiduciam collocari

debere, quamprimum vero Camus hanc calumniam sibi a suis æmulis impingi compererat, mox fidei suæ integritatem coram Papa comprobatam reddidit, suaque scripta & doctrinas decisivo summi Pontificis judicio submitit, quocirca Innocentius XI. die decima octava Octobris ad eundem Cardinalem has dedit literas :

„Dilecte Fili noster, salutem &
 „Apostolicam Benedictionem : Ex lite-
 „ris, quas vigesima quinta proxime
 „elapsi Mensis Septembris die ad nos
 „dedisti, aperte cognovimus sollicitu-
 „dinem, in qua versabaris ob ea, quæ
 „adversus Epistolam, ad Parochos
 „Diæcesis tibi commissæ a te non ita
 „pridem directam, vulgata fuerant.
 „De perspecta autem pietate, ac sa-
 „pientia tua adeo præclare sentimus,
 „ut pro explorato habere possis, nul-
 „lius apud nos momenti extitisse ina-
 „nes insciæ multitudinis criminationes.
 „In opinione vero, quam gerebamus,
 „magis etiam nos, magisque confir-
 „masti, dum hanc sanctissimam sedem
 „Ecclesiarum nostrarum Matrem, ac
 „Magistram, ejusdemque judicio dicta
 „universa ac scripta tua subdicere para-
 „tum

Sæc. XVII. „tum te esse, præfatis in literis diffe-
A. C. 1687. „declaravisti; incorruptam enim
 „esse religionem inde luculenter appe-
 „ret. Reliquum est, ut præstantiam
 „indies singularis virtutis tuæ testimo-
 „nia edere pergas, dilecte Fili noster,
 „cui nos Apostolicam ad id benedictio-
 „nem peramanter impertimur. „

Cum vero in Galliis nonnulli Molinorum doctrinæ insisterent, hinc Regis jussu severè in eos inquisitum, & Episcoporum non pauci hosce errores doctissimis lucubrationibus refellere conati sunt, ac præcipuis Franciscus Harlæus Parisiensis Archiepiscopus Guionæ mulieris hæreticæ veneno infectæ scripta Anno 1684. & Antonius de Noailles ejusdem Successor ac Cardinalis Anno 1695. censuram perstrinxere, edita hanc in rem *Institutione Pastorali de perfectione Christiana, & vita interiori adversus spuriorum Mystagogiarum errores*: Jacobus quoque Benignus Bossuet Meldensis Episcopus institutionem *de statibus orationis*, aliaque eruditissima opera, huic hæresi opposuit, ac denique Paulus Godetus Desmarets Episcopus Carnutensis edidit: *Institutiones suas Pastorales contra novæ Mystagogicæ illusiones, & errores.*

§. XXXI.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.*Novi motus in Belgio contra Gilbertum.*

Hucusque Jansenistæ seu obsequiosi silentii Professores ob metum Molinistarum ad omnes eorum motus semper excubantium, in libris a se editis doctrinam suam de gratia circumspicte, ambigue, verbisque ad Catholicum sensum facile inflectendis tam dextere obvelabant, ut a suis hostibus palam condemnari haud possent: audacius autem anno priori Gilbertus in Duacensi Academia Doctor & Professor Regius ac Præpositus ad S. Amandum necnon Universitatis Cancellarius scripsit, hac que moderatione haud utendum ratus, tractatum de gratia suis Discipulis dictavit, de Jansenii doctrina suspectum: Quamprimum de eo notitia ad Molinistas pervenerat, confestim hi duo exemplaria eorum, quæ Gilbertus dictaverat, ad Patrem de la Chaise Jesuitam Regisque Confessarium transmisere, qui hunc Doctorem apud Ludovicum XIV. Regem tanquam apertum Jansenii fautorem denunciavit: Igitur Rex Harlæo Parisiensi Archiepiscopo in mandatis dedit, ut Gilberti scripta examinari juberet. Seliguntur hanc in rem qua-

Mem. Chron. & Dogm. Abrege de l'Hist. Eccl. t. 13. p. 378. Hode Hist. de Louis XIV. l. 44.

Hist. Eccles. Tom. LXV. Hh tuor

Sæc. XVII. tuor Sorbonæ & Navarræ Doctores, quæ
 A. C. 1687. factò maturo examine die 28. Jan. retraherunt, in his scriptis non obscure, aut captim vel paucis verbis, sed aperte, atque ex instituto, necnon extrema pertinacia & studio Jansenii doctrinam stabilitate atque exprimi, insuper ingeniosas utraque bile plenas expressiones pro morum Novatorum addi, fraudulentisque interpretationibus summorum Pontificum Constitutiones eludi, atque ad peregrinos, penitus ab eorum mente alieno sensus detorqueri: denique venenarum Scholis tantopere perniciosum adeo per omnia scripta diffundi, ut corrigi haud possint, nec aliud ad tollendum scandalum inde exortum supersit remedium quam ut auctor moveatur cathedra atque ad publicam, disertamque retractationem compellatur: *quapropter addebant Censores, judicavimus, in Duacensis Academice pernicie hujus scripti Auctori haud ultra docendi munus committi posse.* Pronuntiata horum sententia Gilbertus suo munere & urbe abire iussus Insulas secessit, ad oppidum S. Quintini, ubi die vigesima septima Julii suas opiniones retractavit: Postea Severus de Rochechouart Atrebatensis Episcopus, in cujus Diœcesi Gilbertus hoscetores docuit, ne suo deesset muneri hujus Doctoris scripta pervolvit, & ab aliis

aliis etiam discussa die decima tertia Sæc. XVII.
 Augusti tanquam continentia doctrinam A. C. 1687.
 falsam, temerariam, per Pontificias
 Constitutiones ut hæreticam damna-
 tam, verbis injuriosis, & contra Theo-
 logos Catholicos livore Charitati Chri-
 stianæ opposito repletis conceptam dam-
 navit. Hac Episcopi censura irritatus
 Gilbertus, suæque palinodiæ oblitus,
 ab Episcopi sententia provocavit, de-
 claravitque, in suo tractatu nullam re-
 periri propositionem, quæ non oppido
 Catholica foret, demum vero consilio
 cum Quesnello tum Bruxellis latitante
 communicato retractationem suam re-
 vocavit, atque in censores censuram
 ferre præsumpsit.

§. XXXII.

*Contentio de confessione annua de-
nuo suscitata.*

Hoc rursus anno recruduit contentio
 de confessione annua, quam Sy-
 nodus Lateranensis V. proprio Sacer-
 dotti fieri præcepit, aut alteri appro-
 bato; quamvis enim Clemens X. die
 vigesima tertia Maij anno hujus sæculi
 septuagesimo definierit, fideles satis-
 facere, si Religiosis etiam in Paschate
 confiteantur, & ipsemet Franciscus
 Harlæus Parisiensis Archiepiscopus in
 Hh 2 comi-

Sæc. XVII. comitiis Cleri Gallicani declaravit, *deles, qui Sacerdotibus sæcularibus & regularibus ab Episcopo approbatis in communionem Paschali confitentur, satisfaciendo mandato Concilii, nihilominus Ambianenses Parochi in publicis concionibus populum docebant, quod vi Canonis Omnis utriusque &c. fideles sint obstricti ut tempore Paschali proprio Parochi aut saltem non alteri, nisi de ejus sententia confiterentur: Hanc opinionem firmabant decreto Synodi Diœcesanæ Ambianensis Anno 1661. habitæ, nec non rituali Provinciæ Rhemenfis. Et inde vero graves in populo offensiones oriebantur, non paucis haud temere suspicantibus, post tot Pontificum, Congregationum ac Synodorum decisiones resuscitatam hanc controversiam non nisi ex invidia, livore & ambitione non autem ex salutis, charitatis, & vinæque gloriæ studio ortum traxisse, quocirca quidam Ambianensis Jesuita quadam die Dominica in suo sermone ad populum dixit, communionem quibus Paschalem in Parochia esse peragentibus confessionem vero esse liberam: Tum vero oleum igni affusum; quippe Parochi mox questum ad Ambianensem Episcopum convolant, ac rituale, Synodumque Ambianensem opponunt: Episcopus tamen cuicumque jus suum factum*

servare intentus, decidit, decretum Sæc. XVII.
 Ritualis & Synodi spectare ad discipli- A. C. 1687.
 nam, confessionem tamen alteri Sa-
 cerdoti, qui ab Episcopo approbatus
 est, factam non esse invalidam: Hac
 Episcopi sententia utrique parti impo-
 situm est silentium; paulopost tamen
 Parochi ad Tellierum Archiepiscopum
 Rhemensem ab hac Episcopi decisione
 provocarunt, qui etiam in eorum fa-
 vorem pronuntiavit, Episcopum Am-
 bianensem male judicasse, eoquod ob-
 ligatio confitendi proprio Parocho, aut
 alteri Sacerdoti approbato de ejus li-
 centia referatur maxime ad confessio-
 nem Paschalem, Sacerdos proin Regu-
 laris, indefinite approbatus non possit
 intra quindecim dies, scilicet a Domi-
 nica Palmarum usque ad Dominicam
 in *Albis* inclusive absolvere pœnitentes:
 Inde vero gravior Parochos inter &
 Regulares excitabatur contentio, quæ
 tamen extincta est decisione Pontificum
 & Conciliorum, juxta quæ ipsemet
 Barberinus Cardinalis olim Archiepi-
 scopus Rhemensis in sua Synodo An-
 ni 1669. definierat, quod *sacri Canones*
condamnarint opinionem illorum, qui asser-
runt, confessionem factam sacerdoti sæculari
vel regulari approbato esse invalidam, proin
non possint Parochi sic confessis etiam ægro-
tis negare viaticum. Idem dicimus de con-
 fessione

Hh 3

fessione

Sæc. XVII. fessione Paschali, quia nobis non contenti
 A. C. 1687. abrogare, quod tot Pontifices approbarunt,
 Et quod in Ecclesia tanto jam tempore po-
 tificice exercetur.

§. XXXIII.

*Vincentius Rigal quasdam proposi-
 nes revocare, a Facultate Pa-
 risiensi coactus.*

*Argentre
 Collect. Jud.
 t. 3, p. 364.*

Die vigesima octava Novembris P. Vin-
 centius Rigal Ord. FF. Prædica-
 torum Sorbonæ Professor sequentes
 propositiones contra S. Thomæ, ejus-
 demque scholæ mentem proposuit.

I. „Deus movet Voluntatem homi-
 nis ad universale objectum voluntatis
 „sub qua generali motione voluntatis
 „manet indifferens ad utrumlibet, sed
 „per aliquid determinatur ad unum sci-
 „licet per consilium rationis, inquit S.
 „Thomas: nec oportet hoc esse per ali-
 „quod agens extrinsecum etiam Divi-
 „num.,,

II. „Gratia efficax duplex: alia or-
 „dinaria: extraordinaria altera, prie-
 „ris efficacitas videtur petenda ex li-
 „bero hominis consensu, posterioris
 „efficacitas videtur repetenda ex na-
 „tura ipsius gratiæ. Sed, quia inde
 „videtur lædi liberum arbitrium homi-
 „nis gratiam illam recipientis: quippe
 „qui,

„qui, ut ait Concilium Tridentinum Sæc. XVII.
 „Sess. 6. c. 5. illam & abjicere potest, A. C. 1687.
 „hoc est, ibi dissentire etiam in sensu
 „composito, tutius illam refundit S.
 „Thomas in abundantiam divinæ bo-
 „nitatis „

III, „Cum præcognoscat Deus in
 „decreto efficaci, quo voluntatem hu-
 „manam condidit, quid actura esset,
 „si hæc illi, vel illa auxilia conferentur;
 „& aliunde omnia in manu sua habeat
 „boni operis subsidia, ea confert, qui-
 „bus prævidet voluntatem infallibiliter
 „quidem, sed libere consensuram.,,

Postquam Parisini Conventus Prior,
 & Doctores ac Professores in sacra Fa-
 cultate Parisiensi hanc doctrinam spargi
 inaudierant, mox coram ejusdem Fa-
 cultatis Syndico contestati sunt, hæc
 Vincentii propositiones sancti Thomæ
 Aquinatis doctrinæ contrarias esse,
 quapropter hunc Doctorem compule-
 runt, ut istas theses retractaret, quod
 etiam Rigalius docili animo præstitit.

§. XXXIV.

Nova Töckelii conjuratio.

Postquam Emericus Töckelius per-
 duellium Calvinistarum Princeps,
 facta novæ conjurationis spe liberta-
 tem a Turcis emendicaverat, primas

Wagner
Hist. Leop.
part. 2. l. 10.
Theatr. Eu-
rop. t. 13.

Hh 4

eo

Sæc. XVII. eo curas intendit, ut suorum ope modo amissa recuperandi, sed & Imperii Ottomanici fines in Hungaria tunc protendendi facilitatem Sultanus persuaderet: ne vero rursus verbis quam opere liberalior esse videretur sub consueto libertatis & patriæ tuentibus obtentu ducentos Nobiles aliosque pretiosissimum Protestantes (Catholicos enim Religionis sanctitas a sceleris comminatione absterruit) in conjurationis Societatem pertraxit, quibus constitutum erat, ad certam diem omnes Germanos interficere, munimenta aut deinde aut Turcarum armis subigere, & civile bellum extremis viribus agere: Hæc consilia tam certam prosperi successus fiduciam ingessere Sultano, ut Varanensi Bassæ in mandatis daret, quatenus perduellium molimina omni studio foviret, & Abassium Transylvaniæ Principem in opem advocaret, atque ad quævis Töckelii nutum parata teneret auxilia: Attamen latentis tumultus inspicio, levis quidem, afflabat Carassam superioris Hungariæ Præfectum, qui nonnullos nocturna conventicula habere comperiens, eos comprehendi iussit, ac tormentorum minis totam conjurationis seriem ab eis extorsit, cautoque silentio cuncta dissimulans, præcipua factionis capita in variis oppidis ad

ad carceres rapi præcepit, quos ex Sæc. XVII. A. C. 1687.
 Cæsaris mandato convictos, confessos-
 que Majestatis crimine damnavit: ut
 vero supplicii terror esset conspectior,
 octo conjuratorum principes dextera
 capiteque truncari iussit.

§. XXXV.

*Ingens Budæ periculum ob aliam
 conjurationem.*

Magis adhuc periculosa erat prodi- Wagner l. c. Gottfrid. Hist. Chron. cont. l. II. pag. 353.
 tio, quæ si detecta non fuisset,
 Buda tam copioso Christianorum cruo-
 re redempta rursus in Turcarum jugum
 incidisset: Perfidie Auctor erat Con-
 radus Finck Baro de Finckenstein gente
 Borussus, secta Lutheranus, ac Sal-
 miæ Legionis Pro - centurio: Hic sta-
 tionarios inebriare constituit, ut som-
 no oppressi a Turcis in proxima valle
 latentibus obruerentur, atque occisa
 prima statione, semiluna nondum satis
 reparata occuparetur, & Turcæ ma-
 joribus suppetiis aucti demum univer-
 sum præsidium conficerent: infernale
 hoc consilium Finckius per literas, ru-
 stico bajulo, Bassæ Albæ - Regalensi in-
 dicavit, postulans ab eo in perfidie
 præmium, nonnisi bis mille aureos:
 Tempestive autem crimen innotuit per
 quemdam militem desultorium, qui

H h 5 captivo

Sæc. XVII. captivo cum Turca permutatus, ab
 A. C. 1687. Alba Regali Jaurinum reversus, Pissezki
 o Patrono suo significavit, sibi ab quodam adolescente, qui apud Bassam interpretis munere fungitur, relatum fuisse, Herum suum ad literas sibi quodam rustico perlatas præ gaudio exiliisse, moxque rusticum multo auro donatum remisisse, Centurionem autem Budensem cum eodem Bassa pro rebus mendis duabus Turcicis Virginibus crebro literis & internuntiis agere. Re comperta Pissezkius confestim turcicum militem Budam ad Beckium Gubernatorem transmisit: explorantur Finckius ædes, reperiuntur ambæ Turcæ Virgines: Finckius in quæstionem vocatus omnia pernegat, propositis tamen tormentis territus, crimen fatetur: comprehenditur rusticus, unacum literis quibus Bassa Finckio significavit, militem se & pecunias in parato habere, utrumque se mox submissurum, quamprimum ab eo alteras adhuc literas recepturus esset. His convictus literis miser Finckius, respondit, se id de industria fecisse, ut Bassa pecuniis defraudato Gubernator tempestive adveniret, irruentes Turcas male mulceret, rogatus autem, cur urbis locum maxime infirmum Bassæ indicasset, qua hæsit: itaque se reum falsus, capite

pite truncatus est, corpore quadrifa- Sæc. XVII.
 riam dissecto, ac per vias Turcis ob- A. C. 1687.
 vias frustatim suspenso: rusticus vero
 primo ducentis plagis affectus, demum
 adacto per medium corpus palo prome-
 ritas perfidiæ suæ pœnas dedit.

§. XXXVI.

*Turcæ a Cæsareo - Bavaris prope
 Siclovium insigni clade protriti.*

Ringente perfidorum invidia, Leopoldus Cæsar hunc item annum victo- Priet. An-
 riis feracissimum experiebatur; quam- nal. cont.
 pag. 974.
 Hist. du
 Princ. Eu-
 gen. tom. I.
 l. I.
 primum enim Lotharingius Dux, & Bavariz Elector novo animorum vi-
 riumque fœdere juncti, Cæsareas co-
 pias in Hungariam deduxerant; mox
 superatis maximis itineris difficultati-
 bus Lotharingius Baronivariam, inde
 vero Siclovium contendit, promotisque
 castris occupatoque Dardo, quod castel-
 lum est Effekino obversum, Vezirium se-
 cus Dravum flumen castra metantem
 aggredi statuit: Obstabat tamen muni-
 mentum, quod pontem navalem tuta-
 batur, quo non sine nostrorum clade
 superato Lotharingius pontis capite &
 libero flumine potitus est, trucidatis
 hostium ducentis: postea diruto Tur-
 carum ponte prope Ottvarinum oppi-
 dum pontem novum Dravo sterni jubet,
 tra-

Sæc. XVII. trajectoque flumine, atque in opem
 A. C. 1687. cerfite Bavaro Vezirium, qui nova ca-
 ftra oppido munita prope Mursiam
 federat, ad pugnam conserendam
 provocat: Præluitur crebris, nec
 cruentis velitationibus, ac sub prima
 diei vigesimæ Julii auroram universus
 Ottomanorum exercitus in conspectum
 venit: Omnia ad prælium spectare
 dentur; attamen tam valide naturali
 arte munita erant hostium castra,
 omnium consensu sine totius exercitus
 ruina oppugnari haud possent, eadem
 ergo die Lotharingius iter, quo ve-
 rat, ponte relegit, & timorem, in-
 gamque simulans, Anamantiam, nu-
 go *Mohatz* dictam sese recepit. Tum
 vero Vezirius Christianos canes in
 gam præcipitem solo baculi timore
 actos jactitans, superato Dravo, illa
 die duodecima Augusti adoriri
 tuit, ac præprimis Kiusus Bassa
 remam Bavarorum aciem magna vi
 vociferatione invadit, simulque in dex-
 trum cornu multiplices velitum turmas
 effundit, ipsumque Electorem stre-
 pugnantem a fronte & a tergo validè
 impetit; cum autem Bavaræ virtutis
 nulla difficultas impervia esset, Elector
 perrupto hostium agmine in summum
 collem eluctatus, adductis machinis
 haud impune in subjectos hostes de-
 tonat,

tonat: paulopost Piccolominæus ad de-
signatam stationem perveniens, obstan-
tes repulit, ac longius, quam cautius
abreptus, a Turcarum copiis immer-
sus cum suis periisset, nisi Elector cum
quatuor cohortibus accurrens, ceteris
saluti fuisset: Tandem totus exercitus
ad hostem prope Baronivariam in acie
stantem pervenit, ac tertia meridiei
hora columbrinis primo certatum utrin-
que; immoti persistunt Janissari, ut
nostros forte propius accedentes cer-
tioribus ictibus ferirent: cum autem
præter spem Cæsareos vallis hærere,
& minaci vultu hostem præstolari cer-
nerent, pavore inde concepto palpitan-
tes incertis, innoxiiisque ictibus sclo-
pos exonerarunt: quo animadverso
mox Lotharingius cum suis in valli hian-
tis rimas se effudit, eversisque primis
hostium ordinibus, ac revulsis sepimen-
tis, hostilem suggestum occupavit;
dein machinis in adversos conversis
primo Janissaros ingenti clade fudit,
tantumque terrorem Spahiis ingessit,
ut nequidem glande emissa, abjectis
indecore armis effusam fugam inirent:
Eodem fere tempore Elector Bavarus,
& Eugenius Sabaudus in sinistrum cor-
nu irrupere: Tum vero instaurata pu-
gna, Janissarorum peditatus ingenti
strage attritus, paucique in saltu &
arun-

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

Sæc. XVII. arundinetis habitantes, post diligenter
A. C. 1687. tem vestigationem reperti, impune fuerunt
 trucidati. Horrebant saltus & paludes hostium
 cadaveribus, exagnatisque secundis castris Janissari
 laniena absumpti fuere, quique Dravi littora prope
 Dardam fugitajicere parabant, nova a Cæsare
 clade conficiebantur, desideratis in unoque prælio
 octo Turcarum millibus, vel ferro enecti, vel undis
 haulti perierunt: ipse etiam Vezirius Effekino profugus,
 viginti univertim suorum millibus infaustam
 hanc expeditionem constituisse testatus est. E
 Christianis nonnisi sexcenti, & potissimum in
 rebellationibus, interfecti vel faucii; tantum
 opulenta quoque colligebatur præda, ut avidissimum
 etiam militem abunde satiaret. Parta hac victo-
 ria necesse est Ortoviza, Posega, Palotta, Walpa
 aliisque Hungariæ & Sclavoniæ urbibus rapidæ
 fortunæ metu ad deditionem compulsis Transylvanica
 expeditione decernitur, quo Lotharingius capto
 Effekino! magnam copiarum partem duxit, atque
 Claudiopoli & Cibiniam expugnatis, Michaelem
 Abasium Transylvaniæ Principem, qui Cæsarem
 strenuus vanis promissis & artibus luserat,
 secretisque auxiliis rebelles, & Turcas foverat,
 tandem ad pacis leges

& dedendas urbes compulit. Agra Sæc. XVII.
 quoque seu Erlau Leopoldo Imperatori A. C. 1687.
 post diuturnum plurium Mensium ob-
 sidionem restituta est. Ipsa etiam Töcke-
 lii uxor eidem tradidit validissimum
 propugnaculum Mongatsch receptis in
 gratiam rebellibus, excepto solo
 Töckelio.

§. XXXVII.

*Josephus Cæsaris Filius hæreditarius
 Hungarorum Rex coronatus.*

Inter prosperos hocce Cæsarei exerci-
 tus progressus, Leopoldus Impera- Werbenz. A
 tor Paulum Seczenium Archiepisco- Jus Hung.
 pum Strigoniensem, necnon Paulum t. 2. art. 31.
 Esterhasium Hungariæ Palatinum una- pag. 42.
 cum præcipuis Regni Magnatibus Vien-
 nam die quarta Julii accersivit, eisque
 proposuit, ut Posonii ad primam No-
 vembris diem omnium Ordinum comi-
 tia haberent, in quibus præprimis in
 gratitudinis signum ob Hungariam Cæ-
 sareis armis a Turcarum servitute libe-
 ratam Josepho Filio ejus primogenito
 non modo Electionis jure, sed hæredi-
 taria successione, prout a primæva Re-
 gni institutione a D. Stephano, usque
 ad Mathiam Corvinum erat, Hungariæ
 coronam imponerent, simulque An-
 dreæ II. Regis edictum abolerent
 Anno

Sæc. XVII. Anno 1222. promulgatum, ubi hæc
 A. C. 1687. reperiuntur: quod si vero nos, vel
quis successorum nostrorum aliquo unquam
 tempore, huic dispositioni nostræ contrarium
 voluerit, liberam habeat harum auctoritatem
 sine nota alicujus infidelitatis tam Episcopi
 quam alii Barones & Nobiles Regni
 versi & singuli, præsentis & futuri, p
 sterique resistendi & contradicendi
 & nostris Successoribus in perpetuum
 cultatem. Annuere Proceres, eo quod
 hæc lex Regibus indigna, & populo
 perniciosa esset. His ita constituta
 Pofoniensibus comitiis initium dabo
 tur, ubi Leopoldus Cæsar die trigesima
 prima Octobris rursus petiit, filium
 suum Josephum Regia dignitate
 hæreditario ad Nepotes transmitten
 da insignirent: Habita desuper delibe
 ratione diu inter Magnates & Cæsaris
 Ministros disceptatum, præcipue quia
 Carolus Hispaniæ Rex ad se, postea
 que suos hujus successionis jura exten
 exposceret, obstabant etiam vehemen
 ter Protestantes, eorumque Dux
 Töckelius: tandem vero miro pote
 morum consensu decretum condebat
 hujus sententiæ: In perpetuum porro re
 colendorum tantorum beneficiorum memo
 riam Regni Status declarant, quod amodo
 in posterum neminem alium, quam S. Ma
 jestatis propriis ex lumbis descendenti
 Major

Masculorum heredem primogenitum in perpetuum, id ipsum etiam statuentibus Art. 5. Anno 1547. aliisque superinde exstantibus pro legitimo suo Rege, & Domino sint habituri, atque deficientibus masculis ad Carolum II. Hispaniæ Regem successio extendatur, nulla vero ex utraque linea prole mascula existente tunc ad Ordines redeat jus electionis. Confecto hoc negotio Josephus die nona Decembris præstito prius juramento de servandis Regni legibus juribusque, a Paulo Seczenio Strigoniensi Archiepiscopo hæreditarius Hungariæ Rex inauguratus est, nonnisi novem annos natus. Insuper de instaurandis privilegiis avitis, tuenda religionum libertate, Catholicorum possessione, redintegrandis Nobilibus ob rebellionem captivis, abolendo Eperienti sanguinario tribunali, & removendo Caraffa, Ordines egerunt, quorum postulatis omnibus Cæsar annuit, Religionis tamen controversias juxta Soproniensia decreta anno hujus sæculi trigesimo secundo condita decidi præcepit: Ordines vero jus præsidii in Hungariæ munimentis, necnon facultatem apprehendendi delinquentes Cæsari adjudicarunt.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

§. XXXVIII.

*Mehemetes a seditiosis Constantinopolitana
exauditoratus.*

*Theatr. Europ. t. 13.
pag. 218.
Wagner l. c.*

Tota Vienna festivis victoriarum plausibus resonante, Constantinopolitana ob nuperam cladem, infaustosque bellicosos successus seditionibus, cædibusque immaduit; Spahii enim cum Janissariorum paucis, qui fuga excesserant, omnia mala Suleimanni Vezirii imperatoris imputantes, auctore Chiaulio Balaban suorum cruorem de eo ulcisci parabant; tempestive autem tam ipse, quam Janissarorum Aga noctis beneficio Berbergradum unacum sacro Mahometano vexillo evasere, inde Constantinopolitani delati. Enimvero Mehemetes IV. Turcarum Imperator tumultum sedare intentus, ad Chiaulium cum rebellium exercitu jam Nissam profectum, Legatos decrevit, amplissimis præmiis eum devicturus: Hic tamen nonnisi Venzianæ & Regabi Urbis Præfecti capitibus precem redimi posse respondit: Eo nuntio exterritus Sultans, cum domesticis tumultus extero bello periculose fore crederet, utrumque tumultuantium feroci rori immolat, eosque strangulari precipit, ac rebellibus ignave spondet, quoque filiorum suorum capita submittere

furum, si hoc pretio obsequium emere Sæc. XVII.
 oporteret: Jam propius Bissantio im- A. C. 1687.
 minebat Chiauffius cum triginta factio-
 forum millibus, cui Jeghenus Afianus
 latro magis audax, quam felix & pro-
 vidus tria suorum millia opposuit, sed
 nonnisi salvis suorum trecentis repul-
 sus est: Nec inde sedata animorum con-
 tentio; seditiosi enim ipsum quoque
 Sultanum esse exauctorandum incla-
 mant, eorumque consilium Cuprolius
 alterius celeberrimi Vezirii Filius, plu-
 resque Eunuchorum Præfecti appro-
 bant; ipso igitur Mustio precibus Ma-
 hometem placante, die octava Novem-
 bris recta ad Palatium tendunt, atque
 ad Solymanum Hanum Mehemetis
 fratrem in carceres perrumpunt. Hunc
 ergo ex vinculis ad solium evehunt,
 eique incondita vociferatione omnem
 felicitatem acclamant: Producitur ex
 carceris tenebris ad splendidum Otto-
 manici Imperii jubar, omnium oblitus
 præter injuriæ vindictam, qua incita-
 tus, Mehemetem fratrem suum totidem,
 scilicet quadraginta annis, quibus ipse
 in vinculis contabuerat, includi jussit.
 Nondum satiata erat seditiosorum in-
 vidia seu potius avaritia; quippe præ-
 ter quina, quæ debebantur, stipendia
 solitum donativum a novo Sultano re-
 poscunt, quo ob ærarii egestatem re-

Sæc. XVII. A. C. 1687. cusato civium domos perfringunt, tentes gazas rimantur, obstantes trucidant, minis & tormentis pecunias provide suffossas eliciunt, ipsosque beati Præfectos, ne eorum licentiæ frænum imponeretur, vel interficiunt, aut a latrocinii societatem pertrahunt, tamque urbem cædibus & rapinis foetam contaminant. Recruduit atrocis seductio ex incerto rumore per urbem confuso, funditus abolendum esse Janissarum ordinem; hi ergo Agam receptum electum trucidant, & Chiaufium Vezirium, Sultani proditorem, & Præcessoris Vezirii interfectorem frustantem dissecant, ejusque duos Filios servorum instar publice vænumdant: Tum vero nova, eaque atrocissima urbis populatio, quæ triduum tenuit, remota & fortunarum stragem fecit incredibilem, multaque mortalium millia consumpsit, donec Muftius exposito Mehmetis Pseudo-Prophetæ vexillo Lyphatos Religionis terrore & oblata omnibus venia tam dextere ad pacationem convertisset consilia, ut ipsimet quingentos præcipuos malorum incentores Sultano traderent, capite plectendos. Hunc demum exitum habuit cruenta hæc avaritia, quam indomitus furor nutrit, & nec gratia, nec justitia satiare potuit.

S. XXXIX

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

§. XXXIX.

*Jacobi II. Angliæ Regis declaratio
in favorem religionum.*

Erat ab Henrici VIII. schismate An-
gliæ Regnum semper ferale tumultu-
tum, perfidiæ, cædiumque theatrum;
inducta enim sectarum multitudine ac
diversitate enata est animorum dissen-
sio, fanaticum contradicendi studium,
odium, & cruentæ seditiones: tege-
batur sævitia Religionis velamine, pes-
fundabantur omnes tam Divinæ quam
humanæ leges & non sine ipsius na-
turæ horrore quamplurimi humano
cruore sese inebriare certabant unice,
ut sectam firmarent, actuerentur, quam
ambitio, atque effrænis vitæ licentia
recens invexit, quamque ejus Sectato-
res duntaxat ideo veram crediderunt,
quia nova, aut quia vel illam a tene-
ris hauserunt, vel quia eorum commo-
dis magis deservire existimarunt: idem
quoque insanus furor anno priori arma-
verat Edimburgenses Scotos hætero-
doxos, qui Catholicos variis in locis
ad sacrorum suorum exercitia congrega-
tos in odium libertatis, quam eis
Rex Jacobus nuper concesserat, die
octava Februarii misere afflixere, eo-
rumque ædes diripuerunt: Horum pe-
tulan-

*Rapin Thoi-
ras Hist.
d' Angl. l. 24.
Calmet Hist.
Univ. l. 156.
num. 45.*

Sæc. XVII tulantiam, sævitiamque compescere
 A. C. 1687. nitebatur Perchius Comes Urbis Præ-
 fectus, qui aliquot factiosorum capos
 virgarum supplicio mulctare decrevit
 ast cum pœnam exequi parat, a secti-
 otiosis maximo numero confluentibus
 proterve impetitus, vix non obtrun-
 catur, ægre eorum manibus ereptus
 prædiciariis, qui hosce tumultuante
 partim trucidarunt, partim in fugam
 egerunt, reliquis promerito supplicio
 mulctatis: Ejusmodi nempe tumul-
 tuosa consilia Prædicantibus implantat fan-
 ticus sectæ furor, a quibus velut a
 origine venenum in populos diffundit
 tur. Ut autem Jacobus II. Angliæ Rex
 huic malo remedium adhiberet, om-
 nia tria Regna ad unius fidei unitatem
 reducere adlaborabat, huncque in finem
 Castellmenium Comitem Romam Ora-
 torem decernebat, qui Regis & Catho-
 licorum in his Regnis degentium ob-
 mine die decima Januarii Innocentii
 Papæ obsequium filialemque obedien-
 tiam contestaretur, quem tamen velut
 Oratorem intempestive submissum non
 nisi frigide a Papa exceptum fuisse, re-
 ferunt nonnulli, utut sit, id tamen cer-
 tum est, quod Papa vicissim Ferdinan-
 dum Dadam Amasiensem Archiepiscopum,
 tanquam Pontificium Nuntium in
 Angliam decreverit, qui etiam hoc
 ann

*Gottfrid
 cont. Hist.
 Chron. i. II.
 pag. 365.*

anno die tertia Julii Vindesorii a Rege Sæc. XVII.
 & Regina publice exceptus est: Insu- A. C. 1687.
 per Rex Patrem Eduardum Petreum
 Jesuitam, quem a confessionibus ha-
 buit, die undecima Novembris dissua-
 dente licet Pontifice intimi consilii Mi-
 nistris accensuit; ne vero tot favores
 Catholicis exhibiti Sectariorum invi-
 diam excitarent, non modo Calvini-
 stas ex Francia profugos perbenigne
 exceptit, sed etiam omnibus sectariis
 in Scotia libertatem conscientiae seu to-
 lerantiae beneficium indulgit, die duo-
 decima Februarii Witehaliae hanc in
 rem promulgata sequenti declaratione.

„Jacobus &c. Perpensis ingentibus
 „malis, quibus per aliquot annos no-
 „strum Scotiae Regnum propter opinio-
 „num in Christiana religione invecta-
 „rum diversitatem affligitur, considera-
 „tis etiam vatinianis odiis & conten-
 „tionibus, quibus Sectatores non sine
 „commercii ruina & imminutione, di-
 „tionum everfione, charitatis dispendio,
 „ac Regiae potestatis contemptu in se
 „invicem grassantur, veramque reli-
 „gionem, Deique timorem in conten-
 „tiones, injurias, factiones, & non
 „raro in sacrilegia & perduelliones con-
 „vertunt, hinc quantum in nobis est,
 „subditorum nostrorum corda & affectus
 „Deo per religionem, & nobis per fi-
 li 4 „dem,

Sæc. XVII. „dem, & proximo per amorem & fide- „fa
 A. C. 1687. „litate[m] Christianam unire inten- „te
 „Regiam nostram tolerantiam omnibus „la
 „qui Christianam religionem juxta „m
 „tum mox designandum profiterentur „tis
 „concedimus & indulgemus sub variis „ex
 „tamen conditionibus & restrictionibus „in
 „infra memorandis. I, Presbyterianam „in
 „moderatis privatos in eorum ædibus „sta
 „conventus eo sine permittimus, ut dum „qu
 „taxat illos Prædicantes, non alios „R
 „audiant, qui nostram indulgentiam „ho
 „acceptarunt aut acceptabunt, dum „ci
 „modo nihil in pacis, & tranquillitate „ut
 „tis publicæ præjudicium dicant ve „q
 „agant, nec ulla verba seditiosa aut „tr
 „perduellionem tendentia proferant „ne
 „secus interminatis severissimis pœnis „fu
 „tanto crimine dignis plectendi. Nec „al
 „tamen eis sit permissum pro ejusmodi „d
 „conventibus loca ædificare, aut hœ- „P
 „rea vel ædes ab aliis separatas habere „n
 „sed sint contenti, ut in privatis suis „d
 „domibus sua exercitia habeant: Ve „n
 „lunus etiam, ut in eos omni legum „i
 „severitate agatur, qui ruri vel in „s
 „pertis campis conventicula habent „c
 „ibi concionantur, suæque Religionis „e
 „exercitiis funguntur, iis assistunt vel „C
 „eos tolerant, eo quod jam pridem se „n
 „ditiosa ejusmodi conventicula maxime „d
 „opere Regnum turbarint, nunc vero „b
 „facra

„facta hac indulgentia conscientiarum Sæc. XVII.
 „teneritudini sat cautum sit. II. Tremu- A. C. 1687.
 „lantibus quoque seu Quackeris per-
 „mittimus, ut suo ritu in locis designa-
 „tis convenire, & suam religionem
 „exercere valeant. III. Considerantes
 „insuper severas & inhumanas leges
 „in Catholico-Romanos, vulgo *Papi-*
 „*stas* sub Jacobo Rege adhuc pupillo, eo-
 „que invito ab ejus Administris, aliisque
 „Reginæ Mariæ hostibus latas fuisse
 „hosque sub obtentu Religionis atro-
 „cissimas perduelliones, factiones &
 „usurpationes obvelasse, easque leges,
 „quas non contra Dei hostes, sed con-
 „tra proprios suos inimicos sanxerant,
 „non ideo ad præsens usque tempus
 „fuisse observatas, ut illæ vel
 „aliæ similes executioni darentur, sed
 „duntaxat ad terrorem, perinde ac si
 „Papistæ exteri Principis potentia mu-
 „niti, suis partibus satisfacere, obe-
 „dire, ac supremo & legitimo suo Mo-
 „narchæ fidelitatem præstare, haud
 „idonei essent, aliunde vero ex certa
 „scientia & longe experientia nobis
 „compertum sit, quod sicut prima lex
 „est Romani Catholici, ut sit bonus
 „Christianus, etiam præcipuum illius
 „munus sit, ut sit fidelis & obediens,
 „& hi nobis & Regibus Prædecessori-
 „bus nostris omni data occasione sui
 „li 5 „amo-

Sæc. XVII „amoris ac fidelitatis luculenta dede
 A. C. 1687 „runt specimina, pro nostra eorumque
 „defensione vitæ & bonorum pericul
 „adierunt, eorumque non pauci respu
 „utrumque prodegerunt, etiam si eoru
 „Reges diversa sectati essent sacra, n
 „hilominus pro tuenda eorum aucto
 „tate contra vim & prodiones illoru
 „qui vehementissimi pœnarium haru
 „legum, exactores erant, vitam & le
 „cultates obtulerunt. Eapropter et
 „sententia & consensu secretioris no
 „Confilii, vi & auctoritate nostra lo
 „prema, Regia Dignitate, & potesta
 „absoluta suspendimus, & omnino n
 „nullamus omnes Parlamenti leges
 „acta, omnes consuetudines, & Con
 „stitutiones factas, vel quovis tempore
 „antehac contra quemcunque ex ar
 „stris Romano - Catholicis executio
 „datas: irritamus etiam omnes pro
 „hibitiones ibidem memoratas, omnes
 „pœnas, vel multas ibi impositas
 „adeo, ut hi eadem in omnibus & ubi
 „que fruantur libertate, qua ceteri Pro
 „testantes subditi, non modo religio
 „nem suam exercendi, sed etiam que
 „cunque munia possidendi, omnibus
 „que commodis aliisque fruendi bene
 „ficiis, quæ quovis tempore eis con
 „cedere, bene visum fuerit. Nihil
 „minus volumus & præcipimus omnibus
 „Ca

„Catholicis, ut duntaxat in ædibus Sæc. XVII.
 „aut Sacellis rei Divinæ vacent, non A. C. 1687.
 „autem in apertis campis prædicent,
 „nec Protestantium Ecclesias sibi per
 „vim vendicent, sub pœnis contra reos
 „per leges latis, sub quibus etiam sup-
 „plicationes in præcipuis urbium Re-
 „giarum plateis habere, eis vetitum
 „sit: Insuper cum aliunde omnes sub-
 „diti nobis obedire sint obstricti, & ab
 „hac lege per nullam consuetudinem,
 „legem, vel Religionis discrimen eximi
 „possint, nec quisquam nos impedire
 „possit, ne eos protegamus, vel eis
 „jura & privilegia concedamus, con-
 „siderantes autem, juramenta esse im-
 „posita (*), quæ ab aliis sinistre sen-
 „tientibus perperam interpretari possent,
 „prout in hoc Regno jam factum, non
 „sine Religionis & fidelitatis nobis de-
 „bitæ præjudicio, hinc ex Senatus nostri
 „mente

(*) Præcipue Rex abrogavit illud jura-
 mentum, quod propædiosam suam originem
 debebat confictæ Oatis conspirationi, unice
 ideo impositum, ut perjurio auctoritas acce-
 deret, aliunde vero illud, cum rem sacram
 concerneret, sine Ecclesiæ auctoritate & con-
 tra usum ipsius hujus Regni, factum sit, nec-
 non falsa includat v.g. quod nulla detur
 transsubstantiatio, quod invocatio Sancto-
 rum sit idololatria &c.

Sæc. XVII. „mente & consensu omnia juramenta

A. C. 1687. „per quæ aliqui ex nostris subditis

„munia & officia in Regno nostro

„fidenda, aut ad jura & privilegia

„capax fieret, revocamus, & irrita

„claramus, præcipientes, ne ejusmodi

„juramenta præstentur aut præstari

„rentur sine nostro mandato & con-

„sensu sub præfatis pœnis, hinc aucto-

„ritate nostra Regia revocamus cum

„leges, quibus hæc juramenta sunt im-

„posita, atque ab eis nostros subditos

„eximimus, præcipue autem a primo

„undecimo, sexto & vigesimo primo

„secundo articulo Parlamenti: præ-

„cipimus etiam, ut eorum loco sequen-

„præstetur juramentum.

„Ego N. N. agnosco, testor, & de-

„claro, quod Jacobus VII. Scotiæ Rex

„&c. sit verus & legitimus Rex & se-

„premus horum Regnorum & quorum-

„cunque subditorum Dominus, & quod

„nulli ex ejus subditis contra ipsum

„vel contra aliam personam ab eo de-

„pendentem arma sub quocunque præ-

„textu, vel ex quacunque causa se-

„mere liceat, nec etiam me unquam

„contra ipsum arma sumpturum, nec

„ulli ejusmodi personæ opem laturum,

„nec unquam ejus potestati auctoritati-

„que restitutum, sed me illum, ejusque

„hæredes & legitimos successores in usu

„sua

„suæ potestatis absolutæ, & auctoritatis
 „contra omnes adjuturum, defensu-
 „rumque. Ita me Deus adjuvet. „

Sæc. XVII.
 A. C. 1687.

Postea Rex cunctos Catholicos ab omnibus pœnis immunes declaravit, quas propter Religionis actus, & cultus incurrissent, vel quia Papistæ, Jesuitæ vel alterius Ordinis fuissent, vel quod Missam legerint vel audierint, aut Sacerdotes & Jesuitas occulte detinuerint, proles suas in religione Catholica, hic vel alibi educaverint, vel hanc doctrinam prætulerint, aut ipsi per se vel alios eam defenderint, vel officia & dignitates contra leges acceptarint, vel alia contra hæc leges commiserint: ab hac tamen venia excepit Rex homicidia, furta aliaque ejusmodi scelera, eximi etiam voluit Protestantes a pœnis, quas propterea incurrissent, quia concionibus in eorum domibus interfuerint, dummodo non fuerint seditiosæ. Denique nullius conscientiæ vim inferri voluit, pollicitus, se Episcopos, aliosque Ministros in suis functionibus & juribus, & Protestantes in libero suæ Religionis exercitio protecturum &c.

Hanc Regis declarationem in Scotia Ordinum Senatus non modo promulgari præcepit, sed etiam Regi debitas egit grates, quocirca Rex eam
 quo-

Sæc. XVII. quoque die quarta Aprilis in Angliæ
A. C. 1687. Regno promulgari jussit, applaudentibus
 Anabaptistis, Quackeris, Independentibus, Presbyterianis, aliisque
 Sectatoribus: non tamen Rex a Parlamento hujus declarationis con-
 firmationem obtinere poterat, quocirca illud primo prorogavit, ac demum
 omnino dissolvit.

§. XL.

*Alizæ Regis contentiones cum Univer-
 sitate Cantabrigiensi.*

*Mem. des
 Revol.*

*d' Angl. t. I.
 pag. 73.*

*Salmon Ab-
 rege de l'hist.
 d' Angl. t. I.
 pag. 423.*

Hucusque Catholici ab omnibus Univer-
 sitatum Anglicarum honoribus
 gradibusque exclusi erant; Rex autem
 id duntaxat ex fidei odio fieri, impo-
 ferens animo, Patrem Albanum Fran-
 cis Ord. S. Benedicti Virum eruditissimum
 omnigena inclytum in Cantabrigiensi
 Universitate in Magistrum liberalium
 artium, quin ab eo ullum ex juramentis
 exigetur, creati voluit, hancque in re-
 literas ad Pro - Cancellarium dedit.
 Hic vero iterata Regis mandata con-
 temnens, respondit, se solemniter jura-
 mento prohiberi, ne ullum, qui Pœ-
 tificiam potestatem jurato detestari re-
 cusaverit, ad ullum Doctoratus gra-
 dum admitteret: Hac pertinacia irri-
 tatus Rex, ex Curiz Ecclesiasticæ legi-
 tentia

tentia Pro-Cancellarium officio amo-
 veri, ceterosque Doctores acerbè ob-
 jurgari præcepit: Paulopost Doctor
 Clarke Præses Collegii Oxoniensis ad
 S. Magdalenam die trigesima prima
 Martii obierat, quocirca Vice-Præses
 diem decimam tertiam Aprilis pro novi
 Præsidis electione designavit; pridie
 vero Rex Antonium Farmer (*) qui se
 Catholicorum Sacra amplexurum pol-
 licitus est, nominabat, postulans, ut
 hujus electio rata haberetur: Attamen
 Farmerum excludi, jam satis superque
 erat, quod Regi addictus, & Catho-
 licorum fautor esset; insuperhabito igitur
 Regis mandato præstituta die Hough-
 hium Doctorem in præfati Collegii Re-
 ctorem eligunt, eumque ad consuetum
 jusjurandum coram Viacomienfi Pseu-
 do-Episcopo præstandum adstringunt.
 Horum petulantiam indignatus Rex,
 illos coram Curia Ecclesiastica Judi-
 cibus adesse iussit, qui etiam die sexta
 Junii vadimonium obeuntes, Universi-
 tatis statuta electioni Regiæ obesse re-
 sponderunt: cum autem Rex non modo
 leges pœnales, sed & juramenta in
 Catholicæ fidei odium imposta nuper
 irrita declarasset, hinc Judices Hough-
 hium

(*) Referunt alii, Giffordum Oxoniensis
 civitatis Episcopum a Rege fuisse nominatum.

Sæc. XVII.
 A. C. 1687.

Sæc. XVII. hium suo munere exuerunt, ac Vices
 A. C. 1687. Præsidem, aliumque Doctorem mag
 petulantem a suis functionibus, quan
 diu Regi placuerit, cessare iusserunt, de
 clarantes, quod, si Regem placare ve
 lent, in Parkerum Oxoniensem Ep
 scopum sua conferrent suffragia: At
 men nec hic arridebat illis, qui Re
 suo resistere, firmum fixumque habe
 bant: quapropter ipsemet Rex Ox
 nium proficiscitur, sua saltem præse
 tia illorum pertinaciam fracturus: ve
 rum re infecta discedere coactus, præ
 cepit, ut Curie Ecclesiasticæ Judices
 Collegium visitarent, atque in casu
 tempti mandati reos inquirerent. Et
 ergo, ut Regis honori consulere
 Collegii Doctoribus injunxere, ut se
 quentem declarationem suo firmo
 chirographo: *Fatemur, quod Regis
 ejusque mandata contempserimus, prom
 timus autem majorem obedientiam, ager
 scimus etiam Curie Ecclesiasticæ justitiam
 legitimamque auctoritatem, ac denique
 Regis pedes provoluti, ejus imploramus
 misericordiam, nosque Oxoniensi Episcopo
 tanquam Præsidi nostro subjecimus.* Hanc
 declarationem ex viginti septem Doctores
 bus solus Charnokius, aliusque Doctores
 subscripsere: quapropter Judices
 Regis mandato in ceteros hanc pronun
 tiarunt sententiam: „facta Collegii
 „viti

„visitatione comperimus, quod Hen- Sæc. XVII.
 „ricus Fairfax Theologiæ Doctör, Ca- A. C. 1687.
 „rolus Aildworth, & viginti tres alii
 „Doctores Regis mandata contempse-
 „rint, eique obtemperare recusaverint,
 „quapropter re mature deliberata cen-
 „semus, hosce Doctores exauctorandos
 „esse, quos etiam ab omnibus officiis
 „& Collegii functionibus amovemus. „
 Adversus hanc sententiam reclamabant
 omnes, ac præcipue Houghius Præses
 Episcopum Oxoniensem tam pertinaci-
 ter repulit, ut cubiculi, quod Præses
 alias incolere consuevit, fores infrin-
 gere, atque Episcopum armata vi in-
 ducere oportuerit: Demum vero Rex
 quosdam Catholicos Doctores subroga-
 vit, & Giffordus ex hoc tumultu au-
 sam arripuit, vulgandi librum, in quo
 demonstratum ibat, ad Regni ac Re-
 ligionis augmentum nil magis esse ne-
 cessarium, quam ut juramentum, ut
 vocant, *suprematus*, legesque pœnales
 abolerentur, quod etiam Rex execu-
 tioni dedit, ab hac ipsa tamen abro-
 gatione epocham suam repetit inhu-
 mana crudelitas, qua sectæ fanaticus
 Jacobum Regem cum posteris suis solio
 deturbavit, & multa Catholicorum
 millia in centore Burneto Prædicante
 extremis involvit calamitatibus.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

§. XLI.

Colloquium Londinense inter duos Benedictinos, & totidem Calvinistas.

*Horn. contin. p. 311.
Mem. de la Rev. d'Angl. t. I. p. 224.
Carol. mem. Sæc. XVII. lib. 9.*

Tanto propagandæ Religionis orthodoxæ studio flagrabat Jacobus II, Angliæ Rex, ut non modo suam tolerantiam edictum a Guilielmo Arausio-nensi Principe genero suo, ejusque Uxore ratum haberi peteret, sed etiam Sunderlandio Comite ad erroris ejurationem permoto ipsos quoque Clarendonii & Rocestriæ Comites, affines suos aliosque Nobiles ad amplectendam religionem Catholicam perducere adlaboraret: Ambo tamen dudum Regis desiderio obluſtabantur, tandem vero Rocestriæ Comes consensit, ut publicæ disputationi Catholicos inter & Protestantibus habendæ interesse velit: Congrediuntur igitur præstituta die duo Patres Benedictini, necnon Janius & Patritius ambo Calvinistæ, qui præfente Rege, plurimisque Nobilibus Whitehalix de variis, præcipue de fidei sacramento & Ecclesiæ Romanæ auctoritate per sex ferme horas disputabant, haud felicioris successu, quam qui pluribus aliis ejusmodi colloquiis respondit, ubi utraque pars triumphum

ceci-

cecinit, & neutra a sua sententia di- Sæc. XVII.
 scellit: Altera etiam die Jesuitæ in are- A. C. 1687
 nam descensuri, convocabant Proceres,
 & Nobiles tam Calvinianos, quam Ca-
 tholicos, Rocestriensis tamen absoluto
 colloquio declarabat, se de suæ Reli-
 gionis veritate nunquam dubitasse, nec
 etiamnum eam mutandi animum ha-
 bere; Comes quoque Clarendonius o-
 lim Hiberniæ Pro-Rex inde revocatus,
 suæ sectæ immote adhæsit, cui sub-
 rogatus est Tyrconnelus Comes reli-
 gione Catholicus, quo urgente Tem-
 plum, ut vocant, *Christi Catholicis*
rursus vindicatum est.

§. XLII.

Caroli Gualterii Cardinalis obitus.

Luxit hoc anno Roma illustre Purpu- Eggs Purp.
 rati Collegii decus, Carolum Gual- Doct. 1. 6.
 terium patria Urbevetanum, qui pri- Old. in add.
 mis virtutum, ac literarum rudimen- ad Cracon.
 tis in Romano Seminario politis ad
 graviores Juris utriusque disciplinas se
 contulit, ac laurea donatus ab Inno-
 centio X. patrocinandis pauperum caus-
 sis admotus est: postea ex utriusque
 Signaturæ referendario ab eodem Papa
 Cardinalis, & Firmanus Archipræsul
 creatus, Synodum Diæcesanam ha-
 buit, in qua conditis legibus saluber-

SÆC. XVII. rimis Clerum & populum ad sanctioris
 A. C. 1687. vitæ normam reduxit, ægrotos fre-
 quenter visitavit, pauperes larga elee-
 mosyna recreavit, & viduarum ac pu-
 pillorum causas juvans, se bonum, ve-
 rumque animarum Pastorem exhibuit,
 pluraque in Ecclesiæ suæ obsequium
 præclare gessit, assiduis autem labori-
 bus fractus, ac lethali morbo iterum
 ac tertio ad extrema usque vitæ discrimina
 conflictatus, Episcopatum suum
 dimisit, annuente Clemente IX. qui
 hanc Ecclesiam ejus Nepoti Joanneto
 Gualterio concessit: Interim Carolus
 Pastoralis cura solutus, Romam venit,
 ubi pluribus Patrum cætibus coopta-
 tus, de sede Apostolica se optime me-
 ritum reddidit, tandem vero senio &
 meritis gravis, ac sapientia morumque
 probitate honoratissimus Romæ die pri-
 ma Julii decessit, annos natus septua-
 ginta quatuor. Scripsit sermone lati-
 no orationes & poemata plurima, nec-
 non Synodalia statuta pro populo Fir-
 mano, & Monialibus Capuccinis, præ-
 ter sermones ad populum & leges pro
 Collegio de Propaganda fide & Semi-
 nario Firmi erectis.

§. XLIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.*Laurentii Raggii Cardinalis decessus.*

Alter ex Purpuratis, qui hoc anno mortalitatem exuerunt, erat Laurentius Raggius, Genuensis Patritius, qui anno ætatis suæ decimo tertio Romam delatus, literis humanioribus operam dedit, atque Philosophicis disciplinis egregie instructus ab Urbano VIII. inter Cameræ Apostolicæ Clericos cooptatus est, postea Thesaurarii munere decoratus, ardente Italiæ bello, cum ærarium Pontificium immodicis sumptibus impar esset, ingentem auri argentique vim Genua Romam asportari curavit, qua liberalitate sibi Urbanum Papam tantopere obstrinxit, ut pro Laurentio, quem jam diu Purpuræ destinaverat, Apostolicum diploma expediti juberet, quod tamen ingravescente morbo subscribere præpeditus est: cum autem post Papæ obitum milites ex diversis, exterisque nationibus collecti, ob stipendia minus exacte numerata seditionem concitarent, & Raggio mortem minitarentur, hic rursus pecuniam, cum domi deficeret, aliunde conquisivit, & militari ære persoluto milites in officio continuit, non sine magno Innocentii X. applausu, a quo

*Ciacon. in
vit. Innoc. X.
Guald.
Theatr. Vir.
Ill. Palat.
fast. tom. 4.*

Sæc. XVII etiam Cardinalis nominatus, variisque
 A.C. 1687. Patrum cœtibus aggregatus, ad Hi-
 spaniæ Regis nominationem ab Ale-
 xandro VII. Papa Tarentinam Ecclesiam
 obtinuit, quam cum aliquamdiu non
 sine magno gregis sui proventu rexisset,
 tandem decessit, anno ætatis suæ se-
 ptuagesimo secundo.

§. XLIV.

Principum atque Illustrum extrema.

Obiit hoc item anno Maximilianus
 Gandolphus Comes de Khüenburg
 Archiepiscopus Salisburgensis, S. R. E.
 Cardinalis, qui in Styria natus, atque
 a teneris ad omnem pietatem enutritus,
 Romæ Theologiæ scientiam hausit:
 inde reversus, anno hujus sæculi quin-
 quagesimo quarto Salisburgensis Con-
 sistorii Præses, & Lavartinus & postea
 Seccoviensis Episcopus creabatur, at-
 que Anno Christi millesimo sexcentesi-
 mo sexagesimo octavo in præfatæ Ec-
 clesiæ Archiepiscopum inauguratus,
 ab Innocentio XI. ob præclara in rem
 Christianam merita Purpuram proprio
 motu oblatam recepit, qua tamen ne-
 quidem integrum annum potitus, die
 quarta Maij ex apoplectica defluxione
 inter Sacerdotum preces animam Deo
 piensissime reddidit, postquam sexa-
 ginta

ginta quinque ætatis, & novemdecim Sæc. XVII.
 Archiepiscopatus annos expleverat. A. C. 1687.
 Princeps erat animi moderatione, Religionis studio, eruditionis copia, liberalitate in pauperes, & benignitate in subditos nemini secundus. Successorem habuit Joannem Ernestum Comitem de Thun Seccoviensem Episcopum. Pariter Marchio Brandenburgicus Ludovicus præmatura morte nonnisi viginti & unum annos natus non sine propinati veneni suspicione e vivis sublatus est, quem paulopost die vigesima Martii sequebatur Magdalena Sybilla Electoris quondam Saxonix relicta vidua. Decessere insuper Eleonora Sophia Philippi Saxo-Merseburgensis Ducis Coniux, & Ferdinandus Albertus Luneburgensis Dux.

§. XLV.

Decisiones SS. Congregationum.

Præter Innocentii XI. Bullas, quibus Decis. S. Congreg. Concil. Rit. &c.
 Asyla sæcularium Domorum abol-
 vit, & Molinosii scripta ac propositio-
 nes damnavit, necnon S. Eduardi Re-
 gis memoriam officio publico per uni-
 versam Ecclesiam in die translationis
 suæ celebrari præcepit, insuper sacra-
 rum Congregationum Patres varias e-
 diderunt Constitutiones, & quidem

Kk 4

die

Sæc. XVII die prima Martii S. Concliii Congrega-
 A. C. 1687. tio declaravit, quod Sacerdos Regi-
 laris absque peculiari Sedis Apostolicæ
 indulto in Domo rurali Monaste-
 rii celebrare nequeat: ejusdem vero
 Mensis die vigesima secunda ab eadem
 Congregatione decisum, quod appro-
 batio Confessariorum pro sacramental-
 bus militum confessionibus non perti-
 neat ad Capellanum Regium: Die au-
 tem decima nona Aprilis sacra Rituum
 Congregatio ad propositum dubium re-
 spondit, quod Benedictio campanarum
 delegari non possit ab Episcopo, quia
 unctio cum sacris oleis est Ordinis Epi-
 scopalis & de necessitate præcepti: De-
 claravit quoque die decima Maij sacra
 Concilii Congregatio, quod si Episco-
 pus in edicto contra Clericos deferen-
 tes arma, adponat poenam Excommu-
 nicationis, deleat hæc verba: *ipso facto*
 incurrendæ. Damnavit vero die vige-
 sima septima ejusdem Mensis sacra Con-
 gregatio Indicis hunc librum: *Tra-
 ctatus sive Praxis deponendi conscientiam in
 dubiis & scrupulis* Authore P. Josepho
 Rossel. Eadem die a S. Immunitatis
 Congregatione decisum, quod absolu-
 tio a censuris ex causa violatæ immu-
 nitatis Ecclesiasticæ concessa Episcopo
 cum sola verbali promissione Censurati
 de satisfacienda parte, contra facultatis
 teno-

tenorem, quod satisfacta parte absol-
vat, non sustineatur: si vero Episcopus
non obstante appellatione procederet
ad censuras, prout tenetur, valide
procedat, prout die octava Julii re-
spondit S. Congregatio Episcoporum.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.

§. XLVI.

*Scriptorum Catholicorum opera &
decessus.*

Hunc annum vitæ suæ extremum ha-
buere ex Scriptoribus Catholicis
sequentes. I. Claudius Molinet Cano-
nicus Regularis ad S. Genesevam, qui
edidit Numismaticam Historiam sum-
morum Pontificum a Martino V. us-
que ad Innocentium XI. reflexiones ad
originem Canonorum sæcularium, &
antiquitatem Canonorum Regularium,
tractatum de vario habitu Canonico-
rum, & Bibliothecam Genesevanam
præter diversas dissertationes. II. Ju-
lius Bartoloccius de Celleno Abbas Ci-
sterciensis edidit Bibliothecam magnam
Rabbinicam de Scriptoribus & scriptis
Rabbinicis præter vitam Cardinalis Ro-
berti de Nobilibus. III. Le Tourneau
Abbas vulgavit modum audiendi Mis-
sam, Historiam vitæ Christi, Annum
Christianum, instructiones de Sacra-
mentis, & Officium hebdomadæ sanctæ

*Witte Diar.
Biogr.
Mem. des
Homm.
Illustr. t. 2.
pag. 339.*

Sæc. XVII. præter plura alia opuscula. IV. P. Joannes Franciscus Pommeraye, qui prælo A. C. 1687. subjecit Historiam trium Abbatiarum Rhemensium, Historiam Archiepiscoporum Rotomagensium, Collectionem Conciliorum & Synodorum Rotomagensis Diæcesis, Historiam ejusdem Ecclesiæ Cathedralis, & quotidianum usum Eleemosynæ. V. Renatus Rapinus e Societate scripsit dissertationem de nova doctrina seu Evangelium Jansenistarum, vitas Prædestinatorum, fidem novissimorum sæculorum, Spiritum & perfectionem Christianismi, comparisonem Plutonis & Aristotelis cum sententiis SS. Patrum de eisdem, pacem Themidis cum mutis, præter eclogas facras. VI. Hyacinthus Serroni Episcopus Albiensis ex Ord. FF. Præd. scripsit Historiam Ecclesiasticam, tractatum de Conciliis, dissertationes in casus conscientiæ, præter opera exegetica. VII. Franciscus Varro ejusdem Ordinis Missionarius Sinicus edidit libellum supplicem ad S. Congregationem circa mores & ritus Sinicos, tractatum, in quo cultus Confutii impugnatur, responsiones ad apologias Jesuitarum, argumenta, quibus legis Christianæ veritas ob oculos ponitur, tractatum de jejunio & modo confitendi. VIII. Dominicus a SS. Trinitate

tate Carmelitarum Excalceatorum Præ-
 positus Generalis, Romanæ Inquisitio-
 nis Qualificator pietate, & omnigena
 eruditione percelebris, qui typis vul-
 gavit Bibliothecam Theologicam septem
 tomis distinctam, necnon tractatum
 polemicum de anno Jubilæi. IX. Joan-
 nes de Sylveira Carmelita, Expositor
 celeberrimus, qui edidit commenta-
 rium in textum Evangelicum quinque
 tomis comprehensum, opuscula varia
 de S. Scriptura, Consultationes & ca-
 sus, opusculum de immaculata Con-
 ceptione, tractatum de Eliæ præemi-
 nentia præter quosdam sermones, &
 plura nondum typis edita, atque in
 Bibliothecis Ulyssiponensi & Conim-
 bricensi asservata.

§. XLVII.

*Scriptorum A catholicorum opera &
 decessus.*

Ex Scriptoribus A catholicis hoc anno
 defunctis celebriores sunt. I. Joan-
 nes Claude Calvinista, qui Arnaldi li-
 brum de perpetuitate fidei circa Eucharis-
 tiam refellere conatus, insuper edidit
 explicationem Epistolæ D. Pauli ad Ro-
 manos præter alia opera posthuma quin-
 que tomis Amstellodami impressa.
 II. Josua Arndius vulgavit lexicon an-
 tiqui-

*Att. erud.
 lat. Bayle
 dict. hist. &
 Carol. mem.
 Sæc. XVII.*

sæc. XVII. tiquitatum Ecclesiasticarum, exercita-
 A. C. 1687. tionem de erroribus Salmasii in Theo-
 logia, manuale legum Mosaicarum,
 miscellanea sacra, querelam de neutra-
 litate sacra, demonstrationem Anti-
 Walenburgicam, observationes ad Va-
 vaforium de forma Christi, tractatum
 de una fide, de frequenti communio-
 ne, de superstitione, & de mysterio
 Trinitatis. III. Joannes Colbergius
 scripsit confessionem de falsis prophetis,
 de syncretismo, de libris symbolicis,
 de Verbo Dei, pluraque alia. IV. Tho-
 mas Brookes publici juris fecit lamen-
 tationes Londinenses de nupero incen-
 dio, pretiosa remedia contra sathanæ
 astutias, & clavem cæli secretam. V.
 Adam Tribbachovius posteris reliquit
 tractatum de Angelis, de Mose Ægy-
 ptiorum, de Chiliasmo, de veritate
 creationis mundi, exercitationes ad
 Baronii Annales, & de Philosophia
 morali inter Barbaros. VI. Frideri-
 cus Gersonius, edidit lapidem lydium
 S. Scripturarum, Gnosticismum, Ire-
 næum Philolethen, explicationem Ver-
 borum S. Cœnæ, examen religionum,
 & revelationem sophismatum.

§. XLVIII.

§. XLVIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

Falsæ Prophetæ Calviniani in Galliis.

Annus hujus sæculi octogessimus octavus non minus violentis motibus, cruentisque bellis, quam diabolicis præstigiis mendacisque in hæresis defensionem proculis longe feracissimus erat; præterquam enim, quod Calvinianus quidam Propheta in numero octogesimo octavo ingens mysterium latere jactitans, ad hunc annum aut mundi aut Pontificii imperii ruinam excidiumque falso prædixisset, insuper integrum ejusmodi impostorum agmen ex iisdem Calvini castris in Gallia prorupit, qui sectæ suæ veritatem falsis vaticiniis miraculisque stabilire nitentur, cumque Regi suo seditiosis armis resistere haud ultra possent, per conductitios fraudum architectos, falsis divinationibus, & nescio quibus artibus diabolicis Religionis suæ libertatem vindicare certabant, luculenter demonstrantes, quo spiritu agerentur, & qua sanctitate polleret illa religio, quæ in veritatis divinitatisque supplementum mendacia, insana somnia, falsasque prophetias in opem vocare cogitur: Ejusmodi moliminis specimen non sine æterna Calvinistarum infamia & pudore

Carol. mem. Eccl. Sæc. XVII. l. 9 p. 480. Jæger Hist. Eccl. l. 7. cap 10. Arnold. Hist. Hæret. vol. 2. c. 24.

Sæc. XVII. A. C. 1688. dore ediderunt hoc anno Cebenenses, qui vulgo *Camifards* dicti, atque Juriei Prædicantis imposturis decepti, & Principis Auriaci promissis delusi factionem conflagrunt, infanoque furore falsas sparserunt Prophetias; his præluxerat in Delphinatu rudis quædam puella, nomine Isabella Vincentia. Hæc Patre Opilione Calviniano nata, decimo quarto ætatis suæ anno Catholicam religionem amplecti simulabat, mox tamen palam ad vomitum reversa sæpius ex improvise humi prosternebatur, atque inter miras, indecentesque corporis agitationes psalmos canens, pœnitentiam inculcare, Hugonotarum Ecclesiis in Gallia pacem & liberationem a jugo Pontificio prædicebat: acriter etiam invehebatur in Catholicorum fidem, atque in eos, qui ejuratis erroribus ad Romanæ Ecclesiæ sinum reversi sunt. Ea res ingenti gaudio affectit Hugonotas, qui suam sectam tam prodigioso vaticinio firmari tripudiabant; ut autem saltem ex numero novæ huic Pseudo-Prophetissæ, ejusque dictis auctoritas accederet, non modo in Delphinatu, sed etiam in Occitania, & Vivariensi Provincia Viri, fœminæ, senes, juvenes, pueri ac puellæ se divino ejusmodi spiritu afflari fingebant, qui tubante capite, detortis oculis, tremulis

mulis manibus, intumescente ventre Sæc. XVII.
 fermocinantes Calvinistis prænuntia- A. C. 1688.
 bant, vexationem Hugonoticam intra
 tres annos esse finiendam, & prope-
 diem magnalia Dei in gloriosa Ecclesiæ
 Calvinianæ liberatione ab Anti - Chri-
 stiano jugo mox confringendo con-
 spectum iri, Regem Gallorum proxime
 a fide Catholica ad Calvini sectam tran-
 siturum, atque ab eo Synodum Gene-
 væ congregandam esse, tum proximum
 Pontificiæ Religionis exterminium in-
 stare, & dehinc venturum Christi Re-
 gnum super terram. Insuper petulan-
 ter contra Missæ sacrificium declama-
 bant, cunctosque, qui defecissent, ad
 reformatam Ecclesiam redire jubebant.
 Ut hosce fanaticos ad saniora reduce-
 rent, extremis viribus non modo labo-
 rabant Catholici, sed etiam ex Calvi-
 nianis Præconibus quidam, quos inter
 primus erat Merlatus Laufannensis
 Præco, qui edito libro illos tanquam
 Pseudo-Prophetas infectatus, pro per-
 ditissimorum hominum colluvie habe-
 bat, eoquod inordinatis & non raro tur-
 pibus etiam, agitationibus in ipsa sua
 ementita ectasi indecoros cachinos e-
 derent, ac diaboli impetum, a quo im-
 pelluntur, ferendo impares, commota
 mente velut in ventum verba jactita-
 rent, pluraque, quæ nullum habuissent
 even-

Sæc. XVII. eventum, temere effutiissent, suisque
A. C. 1688. deliriis homines a Verbo Dei abduce-
 rent, quin & multis caussa violentæ
 necis forent: Consulebantur etiam Mont-
 Pessulani Medici, qui eos pro fanaticis
 habebant. Petrus tamen Jurieus, qui
 & ipse fanatico spiritu obsessus Calvi-
 nistas in Franciam revocandos atque
 adventum Regni Christi vigesimo sexto
 post anno esse expectandum, falso di-
 vinabat, hos impostores in literis suis
 pastoralibus publice anno sequenti vin-
 dicare aggressus, pro divinitus afflatis
 agnoscebat. Cum igitur hi amentes
 nec ratione, nec minis a suo furore re-
 vocari possent, acerbiora tentare re-
 media oportuit: Rex igitur omnes nul-
 la ætatis, sexus aut dignitatis habita-
 ratione tanquam pestem Reipublicæ
 perniciosissimam in carceres detrudi,
 liberos ab aliis deceptos a Parentibus
 ad Magistratus deferri, necnon eorum
 conventicula, quæ in cryptis & silvis
 agebant, dissipari jussit: adeo vero hac
 severitate fanaticus hic spiritus expelli
 non poterat, ut etiam Cebenenses pro
 suæ Religionis libertate arma sumerent,
 atque in Regios milites, & tecta & Tem-
 pla inhumane sævirent: Non deerant
 ex illis, qui Galliarum Regis, quem
 pro sua reverentia Gallicum Pharao-
 nem nominabant, necnon Papæ exci-
 dium

dium ad annum millesimum septingen- Sæc. XVII.
 tesimum, necnon imminens Regnum A. C. 1688.
 Chiliafticum, cujus se nuntios men-
 tiebantur, prædicerent. Insuper qui-
 dam nomine Clarius, qui Calviniano
 Cebennensium exercitui unacum Joanne
 Cavalliero præerat, dæmonis ope
 ex accenso rogo integer exivit. Præter
 Clarium ipse Cavallierus, Fagius, Ma-
 rionus, Rulandus, Mazelius, plures-
 que alii, qui pro Calviniana secta pu-
 gnarunt, diabolico hoc spiritu agita-
 bantur, quorum tamen aliqui, ut pro-
 meritas effugerent pœnas, in Helve-
 tiam & inde in Angliam secesserunt,
 ubi quosdam etiam magni nominis Af-
 feclas invenere, postea tamen crescente
 eorum ferocia, cum Præconum Sena-
 tui, qui eos iterato convocatos mone-
 bat, ut falsas prophetias, simulatasque
 ecstases abjicerent, obtemperare recu-
 sarent, datamque fidem de proximo
 eorum discessu violarent, hinc ineunte
 anno Christi millesimo septingentesimo
 septimo ab eorum communione exclusi
 fuere, per publicum decretum lato de
 his hoc iudicio: *Cebenenses istos Ecclesiæ,
 reique publicæ illudere, Ecstases eorum esse
 voluntarios motus & effectus, quos ipsi in
 potestate sua haberent, quamvis inter ipsas
 agitationes a superiori quadam causa mo-
 veri viderentur, istos paroxismos prorsus
 esse*
Hist. Eccles. Tom. LXV. Ll esse

Sæc. XVII. esse indignos spiritu Divino, in sermone
 A. C. 1688. illorum esse perpetuas hæsitaciones & singul-
 tus, pueriles repetitiones, impervia cognita
 argumenta, complures contradictiones, a-
 perta mendacia, conjecturas in vaticinia
 versas, atque eventui contrarias, & mo-
 ralia ubique non satis sana, quamvis ipsi
 hæc omnia Deo blaspheme adscriberent. Hoc
 Anglici Senatus iudicium approbarunt
 ceteri Franciæ Prædicantes, quorum
 impulsu ipsimet Protestantes adversus
 hosce fanaticos insurrexere, quia vero
 summo Pontifici & Galliarum Regi pro-
 ximum exitium, aliaque identidem in-
 geminabant, hisce seditiosis mendaciis
 plures etiam doctos, Nobilesque Viros
 sibi conciliabant, & quo frequentius
 Prædicantes in eos invehebantur, eo
 magis plurium aviditas, rei que novæ
 cupido accendebatur, unde factum, ut
 Anglorum quamplurimi non modo ad
 propheticos eorum cætus confluerent,
 sed & ipsi ecstases & vaticinia menti-
 rentur: Haud levis illorum rebus ac-
 cessio facta est, postquam Maximilianus
 Missionius, & Nicolaus Faccio insignes
 Mathematici, necnon Richardus Bul-
 kelius & Joannes Lacijs ambo divitiis
 & doctrina celebres sese illis adjunxere,
 illos enim mox alii certatim secuti sunt:
 Aucto igitur eorum numero & audacia
 Faccio & Marionius somnia & menda-
 cia

cia sua typis edere, ea vero Lacijs ex Gallico idiomate in Anglicum vertere præsumpserunt. Enimvero Gallico-Sabaudici Prædicantes nefandum hunc librum blasphemiæ, seditionis, & erroris damnarunt, Marionius tamen edito libro hosce Pseudo-Prophetas defendere aggressus est, pluresque alii ejusmodi libros divulgavit, contra quos tamen præter Gallos, Anglosque Edmundus Calamus, & Georgius Keith insurrexere, eosque cum Quackeris compararunt. Hactenus nimis indulgenter cum hisce fraudum Architectis agebatur, cum autem horum numerus & errores ipsis Calvinianis Prædicantibus Gallicis infesti essent, ut a sua secta sacrilegi mendacii, falsæque doctrinæ calumniam amolirentur, Regios Judices implorarunt, ut contra Marionium, Faccionem, & Daudæum maligni libri Auctores jure agerent: Horum igitur sententia die prima & secunda Decembris eodem Anno hi Impostores in infami palo injuriis vulgique ludibrio tanquam fatui ac perditii homines exponerentur: nihi ominis eorum numerus ex Philadelphensibus, Socinianis, Tremulis, ipsisque Anglicanæ Ecclesiæ inquilinis plurimum augebatur: Postquam vero ex illis Lacijs Emesum Chirur- gum pariter fanaticum hominem, qui

Sæc. XVII.
 A. C. 1688:

Edenburgum demigrarunt, ubi pluri- Sæc. XVII.
 mis ad suas partes pertractis novos A. C. 1688.
 tamque graves in Scotia & Hibernia
 tumultus concitarunt, ut Anglia ab
 Henrici VIII. schismate innumeris se-
 ctarum fluctibus jactata rursus cum no-
 vis Sectaribus conflictari compulsa
 esset.

§. XLIX.

*Continuatæ Leopoldi Cæsaris victo-
riæ contra Turcas.*

Hic item annus Cæsareis armis au- Jøeger Eu-
rop. Hist.
Wagner
Hist. Leo-
pold. l. 10.
Hist. du
Prince Eu-
gen. t. 1.
lib. 1.
 spicatissimus fluxerat; postquam
 enim Caprara Cæsareus Sclavoniæ Præ-
 tor Abasium Principem, totamque
 Transylvaniam miris humanitatis offi-
 ciis potius quam armis ad Cæsaris ob-
 sequium reduxerat, Turcæ præfidiarii
 diuturna obsidione, inedia & fame fa-
 tigati Albam regalem Hungariæ infe-
 rioris urbem deditione Cæsareis die de-
 cima Maij cesserunt, Belgradum na-
 vigiis deducti: idem fatum Lippa Urbs
 unacum gemina arce subiit, præfidiarii
 tamen, eoquod ultroneam deditonem
 rejicerent, capti omnes bis mille un-
 cum foeminis & reliquo vulgo Teme-
 siam abstracti sunt. Expugnatis hisce
 Urbibus Belgradum obsidere, fixum
 destinatumque erat: hancque in rem



Sæc. XVI. Maximilianus Emanueli Baviaræ Elector
 A. C. 1688. florentissimum exercitum die vigesimo
 sexto Julii adduxit, ac die nono Augusti trajecto Savo Turcas Töckelianis
 copiis suffultos sæpius repulit. Biduo
 post fossioni datur initium, detona-
 tormenta ingentem globorum & flammae tempestatem, nec vicissim cessatum ab obsessis. ipsa tamen sociorum
 cæde animorum indignationem inflammante, Cæsarei Bavarique tam generoso periculi contemptu operas urgent, ut extimum fossæ marginem non sine magno certamine, & copioso sanguine occuparent. Tenuit octiduum assidua verberatio, jamque murus ad trecentos passus sternebatur, amplisque ruinis grandior semiluna fatiscebat, pila etiam in Moscheam incidens pulveris dolia cum adstantibus fœdo incendio involvebat: maxima igitur mœnium strage edita Elector simul quina impressione, urbem premi imperat: inter primos Scharffenbergius Comes cum suis in murum enititur, quo tamen trucidato Emanuel Fürstenbergius subrogatur, qui etiam glande plumbea percussus cecidit. Subit in ejus locum Auerspergius Comes; is quoque graviter saucius recedere cogitur: inde vero milites vindictæ cupidine inflammati summo animorum ardore mœnia
 super-

superant, cum vero substructa diru-
 tis nova munimenta offendissent, nova
 difficultate territi, totoque impetu a
 Turcis obruti pertinaci non minus quam
 cruento certamini implicantur, vix
 non a cæpta aggressione resilientes.
 Attamen animadverso periculo mox ac-
 currunt Elector atque Eugenius Sab-
 audia Princeps, qui stricto ense nu-
 tantes ad redintegrandam pugnam co-
 hortantur, primusque Eugenius cum
 voluntariæ militiæ Nobilibus murum
 conscendit, cujusdam Janissari acinace
 caput percussus, quem Eugenius gladio
 in pectus immerso stravit, ipse tamen
 alienis manibus ex arena Viennam cu-
 rationis causa deportari debuit: inter-
 rim Elector, quamvis dexterum pedem
 teli jactu saucium haberet, confirmatis
 tamen animis suos in hostem rursus ire
 iussit, atque anteriorem murum su-
 peravit: quo conspecto Starenbergius
 ceteris prior in fossam alteram desiliit,
 ejus mira alacritate accensi milites
 certatim sese injiciunt, ac post cruen-
 tam pugnam aggerem superant; nec a
 pugna abesse voluerunt, qui ex lapsu
 læsa vel confracta membra habebant,
 vel hostilibus gladiis mutilati calidis-
 que adhuc vulneribus dolorem non sen-
 tiebant, ac propterea nequidem trunci
 ac debiles arma amittebant: Pertinax

Sæc. XVII.
 A. C. 1688.

Sæc. XVII. hæc vincendi aviditas victoriam augu-
 A. C. 1688. rabatur; horum enim exemplo incitati,
 qui ad dexteram erant, per transversum
 murum intra urbem penetrant, alii
 ductore Rabutinio tormentarium sug-
 gestum occupantes, machinisque po-
 titi perfracta porta irrumpunt. Nec
 suis partibus defuit Heislerus Bellidux
 multis victoriis clarus; laxatis enim
 habenis suos Equites ad flumentanam
 portam progredi jubet, superatisque
 omnibus vallibus, a motu pylolastro por-
 tas effringit, tandemque multo tam
 fuorum quam hostium effuso sanguine
 in urbem multis jam partibus captam
 irruit. Jam vero non pugna, sed cæ-
 des erat; invadunt victores strictis gladiis
 obvios quosque, nulloque sexus, vel
 ætatis discrimine armatos & inermes,
 fœminas, Virosque jugulant, ac pro-
 miscua cæde plusquam duodecim in-
 colarum millia delent, ceteros quoque
 jam captos primo furori immolassent,
 nisi a Serenio Belliduce prohibiti fuif-
 sent. Cecidere e victoribus sex Cen-
 turiones, tredecim Procenturiones, &
 gregarii trecenti, fauciis fere mille.
 Tantulo impendio Urbis inter præci-
 puas Europæ insignis, expugnatio ste-
 tit. Interim vero Ludovicus Marchio
 Badensis Constanovizam levi obsidione
 cepit, ac die vigesima quarta Augusti
 Gra-

Gradiscam ad Savum, aliasque urbes, quæ in Sclavonia & Croatia adhuc Turcis parebant, expugnavit, simulque Janissarorum agmen quindecim millibus validum, quod Belgradum obfidione liberatum advenerat, adortus, cæsis hostium quinque millibus, cunctisque impedimentis qua captis, qua incensis reliquos in turpem fugam egit, & triginta duo militaria Vexilla in victoriæ trophæum Viennam ad Leopoldum Cæsarem transmisit.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

§. L.

Bellum Gallicum.

Post tot Cæsaris victorias, atque inter necinam Turcarum cladem haud infima spes affulserat, intra biennium Mahometanorum gentem ex Universa Europa eradicatum, armisque Cæsaribus Constantinopolin subactum iri: verum hæc ipsa Cæsareæ potentiae incrementa Principum nonnulli haud æquis aspiciebant oculis; raro enim aliena felicitas adversus æmulum invidiam diu tuta floret. Jam dudum Ludovicus XIV. Franciæ Rex victricia Leopoldi Imperatoris arma a Turcarum excidio avertendi animum præferre videbatur; violata enim induciarum fide Trevirensibus quadringento-

Hist. du Princ. Eugen. l. 1. Theatr. Europ. t. 13. pag. 308.

Ll 5 rum

Sæc. XVII. rum nummum aureorum tributum solo
A. C. 1688. *reunionum* (*) nomine imperavit, Teu-
 tonici Ordinis Equitibus, & Argenti-
 nensibus Canonicis prædia amplissima
 eripuit, ac superato cum copiis Rheno
 arcem Huninganam oppido munitam
 præter plures alias extruxit, hacque
 ratione a Basilea usque ad præfatam
 arcem totum Rheni tractum sibi vendi-
 cavit: Perstrepunt Ratisbonæ comitia
 læforum Principum querelis, Cæsar
 quoque per Lobkovicium, & Frideri-
 cus Guilielmus Brandenburgicus Elector
 aliique per literas Franciæ Regem com-
 monent, ne invidiosis hisce tentamentis
 Christianæ Reipublicæ commoda fra-
 ctis Ottomanis viribus procurata, nec-
 non Imperii tranquillitatem intertur-
 bare velit: Ast haud aliud a Regiis Mi-
 nistris referebatur responsum, quam
 quod impacta violatæ fidei calumnia
 nonnisi bello expianda sit, & Cæsar
 pacem cum Turcis inire haud alio ex
 fine moliatur, nisi ut arma in Gallos
 vertere possit, ac propterea imperii Prin-
 cipes ad paranda arma hortatus, Au-
 gustano foederi accesserit. Insuper
 que-

(*) Erexerat Rex duas Jureconsultorum Cu-
 rias, ubi discuteretur, quænam ditiones aut
 urbes Gallici juris olim fuissent, proin ite-
 rum Regno uniendæ essent.

querelæ adversus Cæsarem ad ipsum Sæc. XVII.
 quoque Pontificem per Cardinalem A. C. 1688.
 Estræum deferuntur: accusatur ille,
 quod fucato mutuæ defensionis nomine
 cunctos Principes in Franciæ excidium
 armare præsumat, nî ergo ad Gallici
 Regni securitatem reliquum sit, quam
 si urgente Papa viginti annorum indu-
 ciæ in pacem perpetuam converteren-
 tur, proin omnia tam ante quam post
 inducias Imperio erepta æternis vin-
 culis Galliæ Regno adstringerentur,
 secus, si hæc conditiones ad diem pri-
 mam Aprilis non acceptarentur, Rex
 jus suum armis vindicare compellere-
 tur. Interim Galli prope Trarbacum
 Palatinæ ditionis urbem novum muni-
 mentum, Landavium dictum, & aliud
Montis Regalis nomine, aliamque arcem
 ad Saaram fluivum exstruxere, gravi-
 ter querentibus Imperii Principibus:
 Implicatur quoque Philippus Wilhel-
 mus Palatinus Elector gravi contro-
 versia de hæreditaria successione, quam
 Gallorum impulsu Carolina Aureliani
 Ducis Uxor sibi vindicare nitebatur:
 nondum hæc caussa aperti belli fomi-
 tem subjecit, utpote partium consensu
 ad summi Pontificis arbitrium delata:
 priusquam vero Pontificis sententia au-
 diretur, festinatis nuntiis Viennam per-
 fertur,

Sæc. XVII. fertur, quinquaginta Gallorum millia
A. C. 1688. hostiliter in Palatinatum irrupisse.

§. LI.

*Alius belli Gallici obtentus ob Für-
stenbergium ab Archiepiscopatu
Coloniensi exclusum.*

*Wagner
Hist. Leop.
l. 10.
Hode Hist.
Louis XIV,
l. 45. p. 400.*

Iniquo prorsus tempore accessit repulsa
Cardinalis Guilielmi Fürstenbergii
Argentinenſis Episcopi: Rogabatur idem a Bavariæ Electore Maximilia-
nus Henricus Coloniensis Archiepiscopus, atque Elector, ut Josephum Clementem Nepotem suum, Bavariæ Ducem ac Frisingensem & Ratisbonensem Episcopum sibi Adjutorem provec-
tæ ætatis designaret: Tergiversabatur dum Archipræsul, tam Clementis pueritiam, quam validas adhuc vires suas caussatus: præter omnium tamen expectationem Canonicos suos convocat, & ingravescentis ætatis mala obtendens, eis exposuit, neminem præter Guilielmum Fürstenbergium spectata temporum vicissitudine, Electorali honore digniorem, & conciliandæ Austriacæ & Borbonicæ Domui aptiorem esse. Ea res cunctos Germaniæ Principes, ac præprimis Cæsarem & Palatinum Electorem in magnam admirationem, curasque conjecit; omnibus enim notum erat,

erat, Fürstenbergium juratum Galliae clientem esse: Frustra pertentantur Maximilianus Archiepiscopus, hujusque Ecclesiae Canonici, praefigitur electioni dies, interponit se Pontifex, & Bulla valvis Basilicae affixa pecuniae multam dirumque anathema interminat iis, qui huic electioni interessent, eoquod sacris Canonibus cautum foret, ne alienae Ecclesiae Episcopus ad aliam eligeretur, vel postularetur, nisi Electores ad unum omnes praesentes essent, cum ergo quarta illorum pars abforet, haec electio omnino nulla esset: insuperhabita hac Pontificis declaratione, die septima Januarii decem & octo Canonici plerumque Fürstenbergio cognati, aut ipsius clientes, aut Gallico auro corrupti illum (*) Coadjutorem nominant, nulla habita sex absentium ratione. Reclamant Papae Nuntius & Caunitius Caesaris Orator, necnon Bavarus, Palatinus & Brandenburgicus Electores, nihilofecius tamen Fürstenbergius promisso Gallici Regis patrocinio

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

(*) Gravellus quidem Franciae Orator negabat, a Rege suo vel obulum eo nomine cuiquam donatum fuisse: re tamen ipsa hic Canonicis caverat, si quid eam ob causam damni paterentur, a Rege sextuplum ipsis compensatum iri.

Sæc. XVII. A. C. 1688. nio tumidus, pro Adjutore se gerit, suamque electionem Imperii Principibus significat, missis ad eos literis, quas tamen hi nequidem resignatas remisere, Paulo post die tertia Julii Maximilianus Archipræsul fatis fungitur, ac die decima nona ejusdem Mensis ad electionem proceditur: Jam antea Bavarix Elector Breve, ut vocant *eligibilitatis* ætatisque veniam pro Clemente nonnisi septendecim annos nato a Pontifice impetraverat, quas literas Tauffkirchius Comes Electoris Orator palam protulit, e contrario Heronus Franciæ Legatus Fürstenbergii partes omnimode sustinuit, quem tamen Cæsar per Cautizium excludi voluit, eoquod solo origine Germanus, Galliæ palam addictus, Franciæ civitate donatus, & Gallicorum adversus Imperium negotiorum Procurator esset, proin pro Germanici Imperii Electore haberi non posset. Vicissim Franciæ Rex Fürstenbergium ab omni subjectione, quæ ex jure civitatis oritur, ejusque electioni obesset, exsolvit dato hoc diplomate: „Ludovicus &c. Omnibus hæc literas visuris Salutem. Charissimus, & dilectus noster cognatus, Cardinalis Landgravius de Fürstenberg, repræsentavit nobis, quod cum antehac literas nostras, Naturalitatis ei jus, & pote-

„potestatem beneficia in Regno nostro Sæc. XVII.
 „possidendi tribuentes, obtinuerit; ju- A. C. 1688.
 „stam habeat apprehendendi causam,
 „ne alii hoc prætextu uti velint, ad
 „ipsum illis dignitatibus excludendum,
 „ad quas legitime potest aspirare: Nos
 „enixe rogans, ut eum ab omni sub-
 „jectione, aut vinculo personali, quo
 „nobis obstrictus esse posset, eximere,
 „ac liberum declarare non gravemur,
 „& cum intentio nostra, dum ei dictas
 „Naturalitatis literas concessimus, alia
 „non fuerit, quam ut clara existima-
 „tionis, quam de ejus meritis conce-
 „pimus, indicia demonstrarem: Hinc,
 „ex hisce, aliisque causis nos moven-
 „tibus, declaravimus, & præsentibus
 „manu nostra signatis declaramus, nos
 „consentire, ut dictus noster cognatus,
 „Landgravius de Fürstenberg juramen-
 „tum, ad quod eum novæ dignitates
 „possent obstringere, præstet; eum in
 „quantum opus est, aut esse possit, ab
 „omni subjectione aut alia obligatione
 „personali, quam respectu Nostri ha-
 „bere posset, omnimode absolventes.
 „In cujus rei Testimonium Sigillum no-
 „strum præsentibus hisce apponi cura-
 „vimus. Datum Versaliis die 17. Julii
 „Anno gratiæ 1688. & Regni nostri
 „Quadragesimo sexto., Præstituta ni-
 „hilominus die sacra habentur comitia,
 in

Sæc. XVII. in quibus tredecim suffragia Fürstenbergius, novem vero Clemens tulerat:
 A. C. 1688.

Acerrima exinde oritur disceptatio inter Eligentes, ac mutuis dimicatur in-
 vectivis, Cæsar vero totum hoc nego-
 tium summi Pontificis iudicio ac deci-
 sioni relinquit. Interim Fürstenbergius
 sedem Archiepiscopalem thesaurumque
 occupat, Bonam, Keiserwertham, Rhe-
 nobergam & Novesium Gallico milite
 firmat, & Bavari Legatum non sine
 contumelia ex arce Electorali protur-
 bat, necnon Franciæ Regem totius Ar-
 chiepiscopatus defensorem constitutum
 denuntiat. E contrario Clementis fau-
 tores, eoquod Fürstenbergius tanquam
 postulandus juxta Innocentii III. Decre-
 tum (*) suffragia duplo majora assecu-
 tus non fuisset, Clementem pro Ar-
 chiepiscopo atque Electore habebant.
 Perlati Romam electionis tabulis, &
 per Scarlattum Bavari Electoris Ora-
 torem cum Papa, & Cardinalibus com-
 municatis Innocentius Pontifex exeunte
 Mense Augusto novam erexit Congre-
 gationem, in qua ab Ottobono, Ner-
 lio, Cibo, Altierio, Chigio, Pamphi-
 lio, Lauria, & Carpegna doctissimis
 Cardinalibus, necnon a decem Præsu-
 libus utriusque juris peritissimis, atque
 a par-

(*) C. Scriptum est, de elect. Et electi potest.

Sec. XVII. „dinalem Fürstenbergium, Episcopum
A. C. 1688. „Argentoratensem, postulatum, & a
 „novem ex iisdem Capitularibus Sere- „stor
 „nissimum, & Reverendissimum Jose- „dise
 „phum Clementem ex Bavariae duci- „Eccle
 „bus, Episcopum Ratisbonensem, & „nec
 „Frisingensem, in Archi - Episcopum, „Jose
 „& Electorem, vigore Apostolici in- „cibu
 „dulti Eligibilitatis illi prævie concessi, „legit
 „electum fuisse constat; reliquis duo- „si Sa
 „bus suffragiis in alios collatis) omni- „pora
 „bus mature, ac diligentissime perpen- „Eccle
 „sis, unanimi Patrum Sententia cen- „men
 „suet, si Sanctissimo Domino nostro pla- „debe
 „cuerit, præfata postulatione, de per- „tano
 „sona ejusdem Josephi Clementis cum „& C
 „Clausula supplemus, quatenus opus „tus
 „sit &c. & facta relatione, Sanctitas „cita
 „sua sacrae Congregationis sententiam „nepl
 „benigne probavit. Datum Romæ die „cita
 „decima quinta Septembris Anno Christi „beni
 „millesimo sexcentesimo octogesimo „dem
 „octavo. „

A. Episcopus Hostiensis,
 Card. Cibo.

Laurentius Casonius
 Secretarius.

„Sacra

„Sacra Congregatio rebus Confistorialibus præposita, post maturam discussionem, quo præsertim modo Ecclesiæ Coloniensi consuleretur, donec Serenissimus & Reverendissimus Josephus Clemens, ex Bavarix Ducibus, ad ipsam Canonice electus, ad legitimam ætatem perveniat, censuit, si Sanctissimo Domino placuerit, temporalium administrationem ejusdem Ecclesiæ libere prædicto Josepho Clementi esse dandam; ut ipsam gerere debeat unacum Episcopo Hieropolitano, præfatæ Ecclesiæ Suffraganeo, & Canonico, qui intelligatur Deputatus in eadem Administratione ad Sanctitatis suæ, & Sedis Apostolicæ beneplacitum. Et facta relatione, Sanctitas sua Congregationis sententiam benigne probavit. Datum Romæ eodem die & Anno.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

A. Episcopus Hostiensis
Card. Cibo.
Laurentius Casonius,
Secretarius.

Utrumque hoc diploma Pontifex Franzono Bavaro Oratori, qui Belgradi feliciter expugnati nuntium ad Innocentium detulerat, unacum aliis duabus literis Apostolicis ad Fürstenbergium, & ad Colonienses Canonicos perferendum

M m 2 tra-

Sæc. XVII. tradidit, quod postmodum Coloniae per
 A. C. 1688. Nuntium Apostolicum fuit promul-
 gatum, & Clemens a Cæsare in Colle-
 gium Electorale receptus, Fürstenber-
 gius tamen spreto tam Imperatoris
 quam Papæ iudicio dominari perexit.
 Ceterum factæ repulsæ Ludovicus XIV.
 Franciæ Rex vindictam, de Papa sum-
 pturus per suum Procuratorem ab om-
 nibus contra Regis jura attentandis
 ad universale Concilium provocavit,
 & Comitatum Avenionensem Pontifici
 eripuit, palam tamen protestatus, quod
 sacræ Pontificis auctoritati nil derogare,
 minus vero se ab obsequio & reverentia
 eidem debita retrahere intendat, Pape
 tamen Nuntium in suo Palatio custo-
 diri iussit.

§. LII.

*Prætextæ belli Gallici causæ adver-
sus Imperatorem.*

*Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 45.*

Ex hac Coloniensi controversia Ludo-
 vicus Franciæ Rex arma in Cæsa-
 rem, Imperiumque vertendi obtentum
 arripuit, hujus vero belli causas Gal-
 lus quidam publico scripto vulgavit,
 cujus summa, cum in Cæsaris decla-
 ratione, seu ut vocant, *manifesto* conti-
 neatur, ita deposcente narrationis hi-
 storicæ serie, illud ex integro adducen-
 dum

dum duximus: „Notum est universo
 „Orbi Christiano, quod, cum pax Neo-
 „magenſis, paulo poſt ejuſdem Conclu-
 „ſionem, a Corona Gallia multifarum
 „labefactaretur, ampliffimæque Provin-
 „ciæ, & regiones, contra ejuſdem pa-
 „cis expreſſum tenorem, ſub inauditis
 „reunionum, & dependentiarum, aliis-
 „que prætextibus, inſtituta per ludi-
 „brium Metis, & Briſaci figura qua-
 „dam judiciorum, in quibus Miniſtri
 „Galli Actorum ſimul, ac teſtium &
 „judicum partes agerent, ab Imperio
 „Romano avellerentur, conventum tan-
 „dem ſit, anno milleſimo ſexcenteſimo
 „octuageſimo quarto, die decima quin-
 „ta Auguſti, inter S. Cæſ. Majeſtatem,
 „& Imperium ex una, & Sereniſſimum
 „Galliarum Regem ex altera parte de-
 „matura ceſſatione ab actibus, moti-
 „busque hoſtilibus quibuſcunque ſancte
 „inter ipſos ſervanda, per annos om-
 „nino viginti; idque ad obſequium Dei,
 „& laborantis Chriſtianitatis ſecurita-
 „tem, nec ſine maximo Gallicæ rei e-
 „molumento, cui pacifica interim, &
 „imperturbabilis ſextæ fere partis Pro-
 „vinciarum, quæ poſt pacem Neoma-
 „genſem Imperio Romano ſupererant,
 „uſurpatio, & poſſeſſio permittebatur.
 „Notum item, qua interea temporis
 „religione (Confidentia in verbum Re-

Sæc. XVII.
 A. C. 1688.

Sæc. XVII „gis, & interpretatione benigna suspi-
 A. C. 1688 „cionum, & injuriarum, quas tum pa-
 „tiebatur ipsa, tum pati se causabantur,
 „tur, & sæpe quidem, a Corona Gal-
 „liæ Principes, ac status Imperii) e-
 „jusdem armistii Conservationem se-
 „ctata fuerit, steteritque fiducia pacto-
 „rum, immota ad omnia S. Cæs. Ma-
 „jestas; adeo, ut & vehementer mi-
 „rari subditos, exterosque contingeret,
 „nihil eandem vereri, quo fidei Gal-
 „licæ sua ubique paterent, latissimis
 „finibus suis vix una alterave legione
 „instructis, fœderatis ipsis in Hunga-
 „ricas curas avocatis, & conterminis
 „munitionibus suis, Philippoburgo,
 „Constantia, & aliis neglectis pene,
 „spretisque, nimirum, ut Christi Dei
 „cultum tueretur in diffitis longe Re-
 „gionibus, quantumvis cerneret, a
 „Gallia augeri quotidie copiarum ner-
 „vum enormem, nova strui, & mini-
 „me necessaria præsidia pro ripa Rheni
 „non sua, agitari denique passim astu,
 „manuque timenda „

„Nihil certe fuit ad hunc diem,
 „quod jure argueret Cæsarem Rex Gal-
 „liæ, seu arguere posset, vel tentata-
 „rum levissimi Armistitii pactionum,
 „ne temeratarum infractarumve quid
 „dixerit: imo ipsas, quas amaverat
 „Gallia fingere sibi nonnunquam suspi-
 „ciuncu-

„ciunculas, quod videlicet Cæsar in Sæc. XVII.
 „cogitatu, vel voto ipso arcaniore a A.C. 1688.
 „recto defletheret, discussit illico S. Cæ-
 „sarea Majestas, aut ad unguem pur-
 „gavit, temperantia mira, quod aut
 „parceret licitis, aut opportuna in ma-
 „nifesto discrimine generose omitteret;
 „ne videretur ullatenus, si non fovisse,
 „ne pupugisse quidem superstitiosæ Gal-
 „licanæ politices plus nimio facilem
 „ignem. „

„Et ecce tamen nunc denuo flam-
 „mam illam, quam nolens volens ali-
 „quamdiu texerat Aula Gallica, ex
 „inopinato erumpentem: Occupat Gal-
 „lia Archidiæcesin Colonensem, Pala-
 „tinatum invadit, obsidet Philippobur-
 „gum; nullaque lege servata, sive con-
 „dicti Armistitii, sive antiquissimi mo-
 „ris, quo Reges ad bella procedunt,
 „Imperatorem & Imperium Romanum
 „quasi ex diuturnis insidiis iniquissime
 „premit, tandemque S. Cæsareæ Maje-
 „stati & Imperio, non belli indicti, sed
 „belli illati jam consciis, foedissimas in-
 „fucio verborum literas porrigi jubet,
 „quibus non excusat, sed prædicat au-
 „dacious illam, & injustitiam armorum,
 „ac si ea provocantibus, non incogi-
 „tantibus inferat. „

„Fabulatur in istis literis (quas ea-
 „rumdem compiler causas appellat,

M m 4

„qui-

Sæc. XVII. „quibus inductus fit Rex Christianissi-
 A. C. 1688. „mus, ad arma adversus Cæsarem &
 „Imperium rursus induenda, & quibus
 „de ejusdem sincero, ut ait, stabilien-
 „dæ tranquillitatis publicæ studio Chri-
 „stianus Orbis convinci debeat) quod
 „S. Cæs. Majestas jam animum induxe-
 „rit, bellum cum Turca in pacem com-
 „mutare, ut illud Galliarum Regi in-
 „ferat. Hoc liquere vult, primo ex
 „eo, quod statim ab Armistitio conclu-
 „so, nova fœdera sibi conciliare, &
 „contrahere fategerit, quemadmodum
 „id Augustæ Vindelicorum, & Norim-
 „bergæ variis artificijs & artibus acti-
 „tatum fit: Secundo, quod, tametsi
 „suasum fuerit Cæsari, etiam a Mini-
 „stris Pontificijs, ut Vicennale Armisti-
 „tium in perpetuam pacem converti si-
 „neret, hoc tantum Gallix concessio,
 „ut quorum modo per Armistitii di-
 „spotionem potitur ad tempus, potia-
 „tur jure perpetuo per beneficium pa-
 „cis; Cæsar tamen consentire noluerit:
 „Tertio, quod Serenissimus Elector Pa-
 „latinus varia bona mobilia, & immo-
 „bilia, quæ Aurelianensi Ducissæ ex
 „hæreditate defunctorum Dominorum
 „Patris sui, & Fratris debeantur, vio-
 „lenter invaserit, occupaverit, & huc-
 „usque elusa diu Regis ejusdemque
 „Fratris patientia, contumaciter deti-

„nue-

„nuerit; nixus protectione Cæsaris, Sæc. XVII. A. C. 1688.
 „quem propterea ad ineundam cum Turcis pacem, & transferenda ad Rhe-
 „num arma permoverit, variaque eum
 „in finem fœdera pepigerit. „

„Quod denique, Quarto, Cardina-
 „lis de Fürstenberg (nomine Cæsareo
 „abolitorum reatum memoria, a Le-
 „gato Cæsaris pro capitulari confesso
 „in medium revocata) contra SS. Ca-
 „nones, libertatem Capituli, & instru-
 „menta pacis, ab Electorali dignitate
 „diserte, & palam exclusus; & in ean-
 „dem turpissimis artibus, seducto ipso
 „Pontifice, Brevice, ut vocant, *Eli-*
 „gibilitatis obtento, cum gentium scan-
 „dalo, & excitis in Coloniensis Electo-
 „ratus fines variorum Protestantium
 „copiis, Serenissimus Princeps Coloniën-
 „sis Josephus Clemens, ex Ducibus Ba-
 „variæ intrusus sit, ea malignissima
 „mente, ut evirato illo per Sacerdo-
 „tium, si (quod facillimum videretur
 „futurum, ruente quotidie Serenissimo
 „Electore Bavaricæ in pericula Martis
 „Cæsarei) decederet hic, ut est im-
 „prolis hæctenus, tum & periret fami-
 „lia domui Austriacæ suspecta: Ex qui-
 „bus omnibus elucescat sole meridiano
 „clarius, Cæsarem insuperhabita Ar-
 „chi-Diæceseos Coloniensis desolatio-
 „ne, & Religionis Christiano - Catho-
 „licæ

Mm 5

Sæc. XVII. „licæ oppreffione, eo tendere, ut sum-
 A.C. 1688. „ptibus ac discriminibus Electorum,
 „Principum, ac Statuum Imperii arma
 „in Galliam ferantur, diadema Roma-
 „num in caput Hungarici Regis, nempe
 „pueri adhuc, per ruinam volvatur,
 „totaque, quanta est Allemannia, ab
 „amico fcilicet Rege avulfa, ad pedes
 „Auftriacæ Tyrannidis in miserabilem
 „fere calamitatem deprimatur: prout
 „ea in fupra allegato fcripto, odiofus,
 „latiusque deducta funt. „

„Libellum hunc vero, fed Authori
 „fuo, & fuis, ut legit S. Cæf. Majeftas,
 „atque in ea nec umbram rationis, fed
 „imprudenteriffimam potius faraginem
 „convitiorum in facratiffimas, tam
 „fuam, quam S. Pontificis, perfonas,
 „necnon in Sereniffimum Electorem Pa-
 „latinum, improbe confictorum vidit;
 „illum equidem a fuæ Majeftatis Chri-
 „ftianiffimæ Regiis fenfibus plane ab-
 „fonum, multo minus ab eadem le-
 „ctum, ac probatum, fed ab impotente
 „Miniftro quodam Gallico compilatum
 „effe, facile fibi perfuadet: utpote quæ
 „contra Confcientiam, & fcientiam
 „fuam, more inter Imperantes plane
 „infolito, Majeftatem Cæfaris tam in-
 „digne, tamque nefandis criminationi-
 „bus prolcindi, aut rationes fuas qua-
 „lescunque tam effronti ftvlo exarari,
 „tan-

„tantoque veneno malignissimarum in- Sæc. XVII.
 „terpretationum aspergi, permiffura A. C. 1688.
 „non fuiffet, ac proinde S. Cæf. Maje-
 „ftas diu dubitavit, an illum responfo
 „dignaretur, an contemptu silentioque
 „transmitteret. Verumtamen, cum
 „non erubescat Aula Gallicana, eum
 „per Ministros suos, tam in Aula ipsa
 „Cæfareâ, quam Ratisbonæ in Comi-
 „tiis Imperii, irreverenter evulgare; &
 „methodum illam tantum non prodito-
 „riam, qua Imperatori, & Imperio
 „(non solum omiffa, quæ gentium jure,
 „& mutuo sæpe conventis requirebatur,
 „prævia denuntiatione, aut injuriæ, si
 „quam sibi fieri putabat, expositione,
 „sed etiam deceptis omnibus, per re-
 „centiffimas duraturæ constanter ami-
 „citæ contestationes, & insinuationes
 „fucatas) bellum tam atrox infert, fictis
 „hujusmodi rationibus, & contumeliis
 „justificare satagat: Sac. Cæf. Majestas
 „earum vanitatum, & immeritarum
 „plane imputationum futilitatem orbi
 „demonstrandam censuit. Ut igitur a
 „fundamento, cui tota ratiocinatio Gal-
 „lica innititur, fiat initium, statuisse
 „videlicet Cæsarem pacem inire cum
 „Turca, ut bello Galliam petat; id fa-
 „ne eidem nunc haud majore veritate,
 „quam anno præterito Romæ in Pro-
 „positione a Cardinale Esfræo facta,
 „im-

Sæc. XVII., imputari potest, & quemadmodum
A. C. 1688., apud incorruptos fidem non inveniet,
 „religiosissimum Cæsarem, cælesti suf-
 „fultum auxilio, optatisque utentem
 „successibus, neque ulla necessitate co-
 „actum de ineunda, clam etiam sociis,
 „pace cum turca, vel cogitasse quidem,
 „& conscientiam suam violati temere
 „contra Ottomannos fœderis crimine
 „contaminare, simulque tam S. Pon-
 „tificis, quam Sereniss. Regis, Sena-
 „tusque Polonici, & Republicæ Ve-
 „netæ justissimas exprobrationes in se
 „concitare voluisse; ita quam inane sit
 „alterum, quod suæ Sacr. Cæs. Maje-
 „stati decretum sit, bello Galliam ag-
 „gredi (cum nec copiæ, nec apparatus
 „præsto sint, imo omnes arces, urbes
 „& Provinciæ, nimia, ut eventus do-
 „cet, in verbum Regis fiducia, milite
 „fere toto, comœatu, aliisque vel ad
 „defensionem necessariis exutæ, vires-
 „que omnes in hostem Christiani nomi-
 „nis procul amandatæ) nemo non fa-
 „cile perspiciat, qui, quam vana, fu-
 „tiliaque sint argumenta, quibus id af-
 „ferere conatur Gallia, vel obiter per-
 „penderit. „

„Illa certe vix exiguæ conjecturæ
 „vim habent, & remotissime quidem
 „apud inscios rerum, apud scientes
 „pura commenta sunt, quæ, neque si
 „vera

„vera essent, quidquam probarent: Sæc. XVII.
A. C. 1688.
„quis enim ex eo, quod Cæsar studeat
„innoxiiis pro defensione sui, suorum-
„que fæderibus, quod recusat vicen-
„nales inducias, non auditis interessa-
„tis, sine ulla discussione converti in
„talem pacem, quod consilio suo, &
„suis officiis focerum Electorem susten-
„tet, ne causam decidat Gallia; quod
„denique fatalem Patriæ suæ Fürsten-
„bergium removeat, promoveatque Co-
„loniæ in Antistitem summæ expecta-
„tionis Principem ex ducibus Bavarix,
„de Patria, & illa ipsa Archi-Episco-
„pali sede quam optime meritæ, cou-
„sequentiam vel probabilem trahat, Cæ-
„sarem quamprimum Gallix movere
„bellum velle? „

„Porro vana omnino, & futilia esse
„argumenta superadducta, & imprimis
„quidem illud, quod a fœdere Augustæ
„Viudelicorum sancito desumitur; ipsa-
„met haud dubie agnosceret Gallia, si
„meminisse vellet, quæ in hanc rem
„a Sac. Cæs. Majestate tam S. Pon-
„tifici per literas, quam Regi Christia-
„nissimo per ablegatum Cæsareum Co-
„mitem a Lobkowitz, anno proxime
„præterito verbis, scriptisque remon-
„strata sunt: etenim antiqua tantum
„pacta, Cæsarem inter & quosdam cir-
„culos, Principes ac status Imperii,
„respi-

Sæc. XVII. „respiciebat ad opus præsentium tempo-
 A. C. 1688. „rum, nullius læsionem spectabat, sed
 „innocentissimam duntaxat, omnique
 „jure permissam, defensionem recipro-
 „cam, prætereaque modicissimum nu-
 „merum capitum, & virium stringebat,
 „de quo, quod potentissima Corona
 „Galliæ metueret, non habebat.,

„Miranda sane est Compilatoris ob-
 „livio, dum recordari non vult, suum
 „ipsum Regem, quod Cæsari & Im-
 „perio nunquam jure merito succensere
 „debuisset, ante pactas inducias spo-
 „pondisse, etiam non refragaturum se,
 „ut post earum confectioem quovis
 „meliore modo Imperii securitati tan-
 „dem confuleretur, imo & ipsis indu-
 „ciarum pactis diserte hoc cautum fuis-
 „se, ut qualicunque Guarantia, ut
 „ajunt, etiam exterorum Principum
 „firmaretur. Miranda magis ejusdem
 „etiam ignorantia, quod nihil anti-
 „quius receptum in Imperio Germanico,
 „& consonum magis legibus ejus sit,
 „quam ut membra cum capite pro ser-
 „vatione totius Corporis arctissime sem-
 „per cohæreant: Miranda denique ma-
 „xime arrogantia, an stoliditas? quod
 „(dum licere præsumit Regi suo, ap-
 „paratus bellicos immanes in proprio
 „Regno adornare, imo & prætextu fœ-
 „deris, cum Capitularibus quibusdam
 „Colo-

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

„Colonienſibus injuſte initi, copias in
 „Archi-Diæceſin Colonienſem immit-
 „tere) Imperatorem Romanum in Im-
 „perio ita nullum exiſtimet, ut cum
 „Imperii Principibus & ſtatibus, pro
 „aſſerenda communis Patriæ tranquil-
 „litate, convenire non poſſit, ſine in-
 „juria Galliæ armis vindicanda? Et
 „tamen, quod magis eſt, hoc ipſum
 „antiquum, innocens, modicum, ne-
 „ceſſarium, legitimum, & irreprehen-
 „ſibile fœdus perire etiam ſuo in ovo
 „permiſſum eſt, pro bono mutuæ, con-
 „ſtantiorisque concordiæ, ne umbram
 „faceret Galliæ, ſi excluderetur in to-
 „tum. „

„Ejuſdem plane valoris & efficacæ
 „eſt Argumentum ſecundum, quod vi-
 „delicet renuerit Cæſar in pacem per-
 „petuam verti Armiftitium. Si renuiſſet
 „(etiam omnino ſub aliis, non ita Cæ-
 „ſare indignis, totique noxiis Imperio
 „Conditionibus, quam quas ab Aula
 „Gallicana tum non tam proponi, quam
 „præſcribi contigit) quid illi crimini
 „dandum? Standum erat Armiftitio
 „vicennali promiſſo, & eo durante tra-
 „ſtandum de pace, quam nunquam
 „renuit Auguſtiſſimus, modo pacem
 „decoram, maturam, juſtam placeret
 „Regi componere: inſtitueretur con-
 „greſſus, audirentur partes, & quæ
 „occur-

Sæc. XVII. „occurrunt maximi momenti Contro-
 A. C. 1688. „versæ jurium, super attentatis a Gal-
 „lis non ante tantum, sed etiam post
 „Armistitium, in examen revocaren-
 „tur, tum vero pacem inirent, suis
 „cuique relictis, applausu omnium di-
 „gnam, & perennaturam felicitet.
 „Recordari poterat Rex Christianissi-
 „mus, prætendente ipso, & urgente,
 „protractum fuisse Armistitium in an-
 „nos omnino viginti, tum ut tempus
 „ad discutiendas, uti par erat, dilcer-
 „endasque controversias suppeteret,
 „tum, ut Electores, Principes & sta-
 „tus Imperii tanto securius arma sua
 „adversus Christiani nominis hostes ex-
 „pedirent; adeoque absque læsione pacti,
 „verbique Regii fieri non potuisse, ut
 „totius vicennii spatium vix elapso ab-
 „rumperet biennio, & durante adhuc
 „bello turcico, eo usque mentem suam
 „mutaret, ut nihil amplius discuti-
 „dum, aut discernendum, sed sexta
 „fere Provinciarum Imperii pars, uno
 „quasi jactu, pleno & irrevocabili jure
 „transmittenda esset: hoc etiam Cæsar
 „neque poterat licite, si voluisset, præ-
 „stare, neque legitime præstitisset; re-
 „pugnante quippe justitiæ & Armistitii
 „tenore, & refragaturis haud dubie,
 „qui se læsos putarent. „

„Excus.

„Excusavit proinde Augustissimus Sæc. XVII.
 „Cæsar, & ne quid suspiciunculæ fu- A. C. 1688.
 „peresset, declaravit, non tantum ite-
 „rato (in suis ad S. Pontificem literis,
 „scriptoque a Comite de Lobkowitz,
 „apud Aulam Gallicanam tunc tempo-
 „ris commemorante, Regi exhibito) fer-
 „vandas a se, tam finito, quam du-
 „rante adhuc bello Turcico, inviolate
 „vicennales inducias; sed etiam, si
 „idem Regi placeret, id jurejurando,
 „corroborare paratus fuit, cui, cum
 „tunc acquieverit Rex, simulque obti-
 „nuerit, ut ne saltem in causam in-
 „fringendi Armistitii vocari posset im-
 „manis illa, quam contra ejusdem Ar-
 „mistitii, uti & Pacis Westphalicæ, &
 „Neomagensis leges incæperat, ac opta-
 „bat perficere, munitionum exstructio,
 „promissa iterum iterumque sincera a-
 „micitiæ constantia, toto vicennalis
 „tempore Armistitii duratura, facile
 „quivis colligit, quam frivole nunc
 „idem prætextus obtendatur infractio-
 „Gallicæ, & quæ demum speranda sit
 „pacis perpetuitas, si tam futiles causæ
 „fallendæ fidei, evertendisque pa-
 „rtionibus, sufficiunt, & vix quadrien-
 „nio inconcussum stare potest, vican-
 „nale Armistitium..”

„Quod ad tertium ex successione
 „Palatina desumptum Argumentum
Hist. Eccles. Tom. LXV. N n „at-

Sæc. XVII. „attinet: hanc Serenissimi Electoris Pa- „citra
 „suor
 „Mir
 „plen
 „relia
 „sed f
 „integ
 „illuf
 „lega
 „fiden
 „Com
 „sare
 „med
 „licet
 „Sic
 „Rex
 „Hæc
 „ab E
 „liæ
 „fced
 „tam
 „stor
 „quo
 „tion
 „ciosi
 „de r
 „do E
 „vari
 „niis
 „rati

A. C. 1688. „latini cauffam non ita suam facit Au- „
 „gustissimus Cæsar, ut eandem, lite „
 „nondum in iudicio instructa, aut de- „
 „cisa, tueri velit. Id tamen palam est, „
 „non invasisse Principem toto orbe no- „
 „bilitate sanguinis, probitate morum, „
 „prudencia ac sapientia clarissimum Pa- „
 „latinatus ditones, sed intrasse pla- „
 „cide, servatis omnibus ex præscripto „
 „legum servandis: quæ præter dubium „
 „ad Aurelianensem Ducissam specta- „
 „bant, hæreditario jure, volens ac lu- „
 „bens sua ipse sponte remisit, quæ di- „
 „sputationi obnoxia, non cæce prodi- „
 „gus sui, retinenda putavit, donec per „
 „competentem Judicem de statu jurium „
 „liquefceret. „

„Suscepit Aurelianensis cauffam „
 „Rex Galliæ, indictumque Palatino, ut „
 „decederet: Hic provocavit ad forum, „
 „sed forum Palatini Cæsareum; resu- „
 „git vero Rex. Quid si susciperet Cæ- „
 „sar hæreditatis Lotharingicæ cauffam „
 „pro nepote clarissimo, refugeretque a „
 „foro Regis Galliarum, dum pande- „
 „retur? Num plus juris in Imperio „
 „Galliarum Regi, quam in Gallia Im- „
 „peratoris? inducto postea sermone, de „
 „re avocanda ad arbitrium S. Pontifi- „
 „cis, Palatinus discrete Mediatorem „
 „admisit, quem Judicem non poterat „
 „citra

„citra offensam fori sui, & agnatorum
 „suorum assensum: ablegavit Roman
 „Ministrum instructum, & informatum
 „plenissime, legavit vero neminem An-
 „relianensis. Monuit tunc Pontifex,
 „sed frustra semper, unde post moram
 „integri fere anni, dimissus tandem ab
 „illuso Pontifice, quem Palatinus ab-
 „legaverat. Et tamen nuperrime Re-
 „fidens hic Viennæ ablegatus Regius,
 „Comes de Lusignan, certissimum Cæ-
 „sarem fecit, fixum suo Regi esse, a
 „mediatione S. Pontificis non recedere,
 „licet quam nimium aversi, & adversi:
 „Sic luditur, illuditur, videlicet, dum
 „Rex via facti in Palatinatum irruit.
 „Hæc vero series rerum.,

„Quod additur de sollicitato Cæsare
 „ab Electore Palatino, ad arma Gal-
 „liæ inferenda, pactis eum in finem
 „foederibus, commentum est: Neque
 „tam imprudens erat Serenissimus Ele-
 „ctor, ut ex bello lucrum captaret,
 „quod, utcunque eventus cadat, di-
 „tionibus suis funestissimum, & perni-
 „ciosissimum futurum esset.,

„Supereft postremum Argumentum,
 „de negotio Coloniensi, pro extruden-
 „do Fürstenbergio, & intrudendo Ba-
 „varico, tot infamibus factum calum-
 „niis, ut exinde appareat, quam omni
 „ratione, aut rationis umbra, ad te-

N n 2

„gen

Sæc. XVII.
 A. C. 1688.

Sæc. XVII. „gendam infractionis suæ injustitiam, „juris
 A. C. 1688. „destituta sit Gallia. Quod egit Ce- „& in
 „loniæ Cæsar, jure egit, & sacris Ca- „sacra
 „nonibus, justitiæ legibus, Imperato- „paci
 „rioque, & annexæ eidem supreme „tem
 „Ecclesiarum advocatiæ muneri con- „berg
 „formiter. Hortatus est capitulum, „Pon
 „ut meliorem, & Ecclesiæ utiliorem „bus
 „eligeret, additis rationibus, quod ea „tore
 „qualitas in Cardinalem Fürstenber- „bun
 „gium non caderet: reatus ejusdem „Lux
 „allegavit veteres, non aliter, quam „pter
 „quatenus novis cumulati, & reite- „deb
 „rati sunt, quorum tamen memoriam „mif
 „dudum deposuisset Cæsar, si & Für- „in t
 „stenbergius veterem animum exul- „mas
 „set, nec minoribus semper machinati „latu
 „pejora deprehensus esset. Cæsar li- „rep
 „bertatem omnem, tam in, quam post „invi
 „electionem, capitularibus singulis re- „hor
 „liquit integram, promissis, aut polli- „inte
 „citationibus fidem eligentium haud „tra
 „corrupt, minus vim ullam intentavit, „mo
 „aut adhibuit, exteris copias haud „ita
 „magis in Archi-Diæcesis fines exci- „ger
 „vit, quam immisit proprias, sed Con- „in
 „troversia tota ad Sacram sedem Aposto- „nor
 „licam, velut unice competentem in „Sar
 „hac materia Judicem, remissa, ejus- „Für
 „dem decisionem quietissime expectavit. „rar
 „Et hoc Imperator in Imperio: An idem „dec
 „in Gallia? Sed plus Regiæ Majestati „Ra
 „„i

juris non tantum in Regno suo, sed Sæc. XVII.
 & in Imperio Germanico. Nihil illa A. C. 1688.
 sacros Canones, nihil Instrumenta
 pacis. nihil libertatem suffragiorum
 temerabat, dum Cardinalem Fürsten-
 bergium, inconsulto, & reluctante
 Pontifice, secretissimis primum arti-
 bus, mox & grandi pecunia Coadju-
 torem jubebat, per conjunctos in ver-
 bum suum suffragatores plures, dum
 Luxemburgi foedus illicitum inibat se-
 ptendecim jam abhinc mensibus, spon-
 debatque, se suis sumptibus non im-
 missuram modo, sed alituram etiam
 in terris Archi - Diæceseos validissi-
 mas copias, quibus prætense postu-
 latus Coadjutor, non confirmatus,
 reprobatusque a Vicario Dei, vel Deo
 invito, sustentaretur: dum denique
 horribiles minas maximis Principibus
 intentabat, si accederent ipsi, si con-
 tra hiscerent, suos illa exercitus ad-
 movente, unice vigilaturos. Peccata
 ista in Apostolicam sedem, istaque a-
 gendi temeritas, non odium ullum
 in Galliam, non officia Principum,
 non conspiratio somniata, zelum suæ
 Sanctitatis constantissimum adversum
 Fürstenbergium fecerant, promove-
 rantque, ut Bavaricum Principem,
 decoratum jam Infulis Frisingensi, &
 Ratisbonensi, adolescentem quidem,

Sæc. XVII. „sed candissimi pectoris, speique almæ,
 A. C. 1688. „& cujus Serenissima domus de Ec-
 „clesia imprimis merita esset, ipsi ante-
 „habendum censerent. An hoc cum
 „gentium scandalo? Populus Romanus
 „dicat, qui ad fores Consistorialis Con-
 „cilii effusissime applausit, cum ex una-
 „nimi totius Concilii sententia Archi-
 „Episcopum Coloniensem futurum in-
 „tellexisset, Josephum Clementem, in-
 „nocentissimum Principem: dicat Ita-
 „lia, dicat Germania, dicat etiam An-
 „glia & Hollandia, ubi & homines ipsi
 „nomini Papæ infensi, Papæ hinc in-
 „nocentiam non prius didicerunt lau-
 „dare, quam docuerunt. „

„Lubens equidem fatebitur Sacra
 „Cæsarea Majestas, gavisam se, ve-
 „niente in urnam Electionis Coloniën-
 „sis tanto Principe, seque libentissime
 „ejusdem, & Serenissimi Electoris Ba-
 „variae votis obsecundasse. Factum
 „autem quod hoc fuerit ex improbi-
 „ma, & scelestissima mente, ut faci-
 „lius periret tota familia Bavarica, do-
 „mum Austriacæ suspecta: id, quemad-
 „modum cogitare nefanda malitia est,
 „ita carnificum flammis merito expian-
 „da esset hujus Compileris audacia,
 „impudentia, & temeritas, qui hæc
 „scribere, vulgare, objicere audeat Im-
 „peratoriae Majestati. Non cogitat
 „ejus-

„ejusmodi scelera, nec patrat Aula Sæc. XVII.
 „Cæsarea: An Gallicana? ipsa sciverit: A. C. 1688.
 „Nemo id alibi fieri crederet. Credant
 „autem omnes, quod res est, voluisse
 „imprudētissimum Scriptorem Gallum,
 „domum Austriacam suspectam facere
 „Bavaricæ, ut moris est pseudo-poli-
 „ticæ Gallicanæ, per emissarios suos
 „venenare Aulas omnes, feminibus
 „diffidentiarum inspersis, quo demum
 „diviso eorum corde, omnes intereant.
 „Eo certissime respicit, quod ex inge-
 „nio Gallicæ, per digressionem exorbi-
 „tantem, conatur infusurare Electori-
 „bus, Principibus, & Statibus Impe-
 „rii: Studium hoc Cæsari esse, ipsorum
 „sumptibus bella quærere, per ruinam
 „Archidæcesis Colonienſis, & oppres-
 „sionem Religionis, coronam Roma-
 „norum Filio adhuc puero vindicare, &
 „Germaniam totam, Gallicæ amiciticæ
 „scilicet subductam, in servitutem re-
 „digere indecoram, & miseram. Su-
 „spendere animos gestit, ne conve-
 „niant, & coeant aliquando ad verum
 „decus, communemque securitatem,
 „fracturo facile singulos Rege, qui præ-
 „ter ullum laborem propulsaretur ab
 „omnibus: idque summopere nititur,
 „ut ab Austriacæ potenticæ Clientela,
 „& auspiciis Germaniam, quantum
 „maxime valeat, avertat dolo, & sub-
 „trahat.

Sæc. XVII. „trahat. Sed non ita simplex est Do- „
 A. C. 1688. „mus Bavarica, vel rudis natio Ger- „
 „manica, ut malas hujusmodi artes „
 „difficiles tegendo, non capiat. Ex „
 „quemadmodum grata mente Serenif- „
 „simus Elector Bavarix agnoscit officia „
 „a requisito Cæsare domui in electione „
 „Colonienfi commodata: ita ridebit „
 „plane, pro prudentia sua, & perspi- „
 „cacitate, ejusmodi suspicionum scin- „
 „tillas, quas jam dudum risit, exper- „
 „tus garrulos discordiarum procos, „
 „sciatque nihil a Gallis sperandum, qui „
 „sua denique quærant. Germanus au- „
 „tem, quotusquisque is est, immunis „
 „adhuc a jugo ferreo Galli, ex oppres- „
 „sis ipsa in Germania populis, imo & „
 „ex subditis ipsis Nobilibus, & opti- „
 „matibus Gallix, facile dispicere po- „
 „terit, an sit vicinius tyrannidi Au- „
 „striacum regimen, an dominatus gal- „
 „licus, gaudebitque profecto, Roma- „
 „nam coronam non eo cadere, quo „
 „eam sæpius, & tum imprimis osten- „
 „dit destinatam a Spiritu suo Aula Gal- „
 „licana: dum, priorum temporum mo- „
 „rem secuta, nulla honesti, pactorum, „
 „famæ, & conscientix ratione habita, „
 „non tantum rebelles in Hungaria sub- „
 „ditos, turcarum assecclas, ducibus, „
 „internuntiis, armis, pecuniis, pro- „
 „missis fovit: sed etiam, ut sit adhuc „
 „ho-

„hodie dum, ipsosmet Christiani nomi- Sæc. XVII.
 „nis hostes ad bellum contra suam S. A. C. 1688.
 „Majestatem exstimulavit, prout id ex
 „variis emissariorum gallicorum & re-
 „bellium authenticis literis, quæ in
 „promptu sunt, manifeste probari
 „potest. „

„Et hæc sunt, quæ, quantum fieri
 „potuit, brevissime ad contumeliosissi-
 „mum libellum, seu manifestum galli-
 „cum reponere jussit sua Sac. Cæsarea
 „Majestas, non ut ipsius Christianissi-
 „mi Regis existimationem fugillat, ut-
 „pote quam malitiosis, falsisque eorum,
 „quibus ejusmodi turbæ in lucro sunt,
 „suggestionibus ad iniquam hanc in-
 „fractionem inductum, neque convitia
 „in sacratissimam ejusdem Personam
 „irreverenter non minus, ac improbe
 „congesta, approbaturum credit, sed
 „ut infamiam sibi domique suæ Au-
 „striacæ ab impudente scriptore affri-
 „ctam, perque Ministros Gallicos nomine
 „Regis passim disseminatam, diluat,
 „suamque tueatur innocentiam. „

„Et vero, ut hanc ipsam toti Chri-
 „stiano orbi magis magisque testatam
 „reddat, declarat publice, testemque
 „invocat omniscium Deum; nihil co-
 „gitatum a se de infractioe Armistitii,
 „sed fixum animo fuisse semper, & esse
 „verum, feriumque propositum, illius

Sæc. XVII
A. C. 1688

„sancte servandi, si Serenissimo Regi,
 „conquiescere tandem induciarum pa-
 „ctis & declarationibus anno præterito
 „Parisiis hinc inde reiteratis, nec novi
 „quidquam moliri, per præpotentiae
 „factique vias, placuerit. Quod vero
 „ad transitum de Armistitio ad firmam
 „& perpetuam pacem: in eo sese per-
 „sistere, ut exhibitam sæpius prompti-
 „tudinem omnem, facilitatem & ope-
 „ram, candidissime, & liberrime con-
 „ferat; quatenus constitutum commil-
 „sione, de finibus dividendis discutien-
 „disque variorum juribus controversis,
 „eo modo & ordine progrediatur, qui
 „publice imperantium Majestati, & le-
 „gibus super hoc compactis Imperium
 „inter & Galliam conformis sit. Quam-
 „obrem, si quæ apud Sereniss. Galliae
 „Regem, uti speratur, justi ratio est,
 „confidit merito Sacra Cæs. Majestas,
 „fore, ut sua sponte turpissimi scripti
 „Gallici calumnias & venena castiget,
 „retrahat arma injusta, fumantia dam-
 „na resarciat, reducat omnia in statum
 „pristinum, Serenissimum Principem
 „Clementem, a sua Sanctitate jam du-
 „dum rite confirmatum, Electoratu,
 „ac Archiepiscopatu Coloniensi quiete
 „gaudere sinat, causamque Palatinam
 „ad forum competens (in quo absque
 „omni partium studio justitiam sancte
 „&

„& integre administratum iri, spondet Sæc. XVII.
A. C. 1688.
 „Sac. Cæs. Majestas) remittat, denique
 „que pacem, quam ait, se optare,
 „tempore, modo, & ordine in tractatu
 „Armistitii delineatis, & præscriptis,
 „procurari permittat: Sin minus, nul-
 „lus sane resuscitati a Gallia belli causam
 „interpretari aliter potest, quam
 „quod ei minus grata in hanc diem ac-
 „ciderit, divinæ Providentiæ erga Do-
 „mum Austriacam singularis Benevo-
 „lencia, & prodigiosa tutela; vel, quod
 „Augustæ ejusdem Domus, enormius
 „aliquod præconcepta opinione incre-
 „mentum, & amplitudinem vereatur,
 „quæ relatis victoriis, prolatoque jam
 „felicissime, ultra Albam Græcam Im-
 „perio respondeat; vel, quod repressos
 „Ottomannos, per diversiones, ut nun-
 „tiatur, jam promissas, erigere cupiat,
 „ac juvare; vel denique, quod pro
 „nimia cupiditate, asserendi non tan-
 „tum sibi jure perpetuo illud, quod per
 „mutua Armistitii placita ad tempus
 „concessum est, sed etiam universum
 „Romanum Imperium sibi subjugandi,
 „nullis se pactorum, & conventionum
 „vinculis obstrictum esse, eaque sibi
 „quovis tempore pro libitu dissolvere
 „licere autumat, Quidquid sit, tur-
 „pissimam violatæ fidei notam non e-
 „vitabit gloriosissimus gallorum Rex;
 „&

Sæc. XVII., & proinde protestatur sua Sacr. Cæs.
 A. C. 1688 „Majestas coram Deo, & universo Chri-
 „stiano orbe, liberum esse Regi manus
 „suas extendere ad ignem, aut ad a-
 „quam, & vel abuti felicitate præsen-
 „tis potentæ suæ, vel provocatas ad-
 „versitates ab ira omnipotentis Dei
 „formidare in tempore, se autem, ut-
 „pote adactam ad necessariam, tam sua-
 „rum Provinciarum quam Sacr. Rom.
 „Imperii Electorum, Principum, ac
 „Statuum defensionem, immunem &
 „puram fore ab omni culpa, tam secu-
 „turarum ex hoc bello calamitatum,
 „& effusionis Christiani Sanguinis, quam
 „restauratæ & servatæ in Europa su-
 „perstitionis Mahometicæ, necnon per-
 „ditionis tot animarum Christianarum
 „sub jugo Turcico misere gementium.
 „Jactat quoque, & gloriatur scripti ex-
 „hibiti Auctor, probata divinitus justa
 „Sereniss. Regis arma, quotiescunque
 „ea movet! qua fide, ipse ostenderit:
 „Sacr. Cæs. Majestas induxit animum
 „suum, ex sua non dubia conscientia,
 „id omnino præstare, ut, si placuerit
 „Deo, etiam nunc arma Gallica pro-
 „speris successibus cumulare, adoret,
 „collaudetque arcana Dei consilia;
 „quippe qui & per suos Attilas flagel-
 „lavit subinde ad correctionem dilectos.
 „Sed juvat illam in ipsis quoque huma-
 „nis

„nis multa meliora sperare, infracto-
 „rem pactorum Turcam, licet jamjam
 „expirantium, compefcuit, atque pro-
 „fligavit Altiffimus, compefcet idem,
 „profligabitque aliquando pactorum in-
 „fractorem Gallum, duraturorum ad-
 „huc annos sexdecim. Viennæ die
 „decima octava Octobris Anno Domini
 „millefimo fexcentefimo octogefimo
 „octavo.”

Sæc. XVII.
 A. C. 1688.

§. LIII.

*Plures Imperii Urbes a Gallis ferro
 flammaque devaftatæ.*

Hæc Cæfaris declaratio tam æqua,
 tamque firmis rationibus fuffulta
 videbatur, ut ex foederatis nullus a
 Cæfaris partibus deficeret, cunctique
 Principes belli a Gallis denunciati cauf-
 fas omnino frivolaf, quæfitasque cre-
 derent, ac Christianiffimo Rege indi-
 gnum cenferent, eo tempore Impe-
 rium invadere, quo fupremum illius
 Caput Christiani nominis hoftem ad in-
 citas redigere adlaborabat: Nihilomi-
 nus Ludovicus XIV. Franciæ Rex die
 vigefima quinta Septembris Delphinum
 cum quinquaginta armatorum millibus
 ad rhenum præmiffit, dato negotio ut
 præprimis Philippoburgum expugna-
 ret, quam urbem etiam die trigefima
 Octo-

Mems. hift.
et Chronot.
Mercur. hift.
et Politiq.
t. 5. p. 1175.
Hift. du
Princ. Eu-
gen. p. 101.

Sæc. XVII. Octobris deditio cepit. Alio agmine Bouflerus in Palatinatum infesta signa inferens, Keilerslutram, Oppenheimium, Alzeiam, Neostadium ad Hartam, & Crucenacum urbes nec muris nec milite validas, necnon WORMATIAM SPIRAM, TREVERIN, ac demum & MOGUNTIAM, incertum an metu aut proditione, nequidem exploso sclopo occupat, maximamque hujus Provinciae partem armis suis subjicit: Fequierius vero alter Franciæ Marefcallus cum suo Equitatu Franconiam, Sueviamque percurrens, incendiis ac deprædationibus totam qua late patet, regionem foede devastat, atque a miseris incolis quater centies mille octingentos florenos extorquet: Promotis demum castris innoxium Wirtenbergæ Ducem nonnisi duodecim annos natum, capta contra datam Gallici Oratoris fidem Stutgardia Principum Metropoli, ac diruta murorum parte ejecit, atque immodicis exactionibus ac incendiis totum ferme Ducatum exhaustit, necnon Heilbronniam, Offenburgum, & Gengenbaccum deditio occupavit, civesque imperata ubique pecuniarum vi ad redimendam deprædationem & incendia compulit, iisque acceptis, funestas tamen faces urbibus, pagis & arcibus subjicit. Ducassius quoque Heidelbergam

bergam, Manheimium, Franckentha-
 liam, omnemque cis Rhenanum Pala-
 tinatum intra bimestre subegit: Sola
 Confluentia ignivomos Gallorum im-
 bres elusit, foede quidem devastata,
 nunquam tamen suo Principi erepta:
 Ut ergo inhumanis æque ac rapidis
 Provinciarum infestationibus valide
 occurreretur, nova foedera conquirere,
 ac militares Imperii copias contra Tur-
 cam pugnantes ex Hungaria revocare
 oportuit, eo majore rei Christianæ
 damno, quo audacius rebellium Pro-
 testantium Ductor Töckelius Sultanum,
 ne pacem a Cæsare peteret, datis literis
 dehortatus est, auroque Gallico provi-
 sus, duodecim armatorum millia ad
 signa vocavit, uberrimas victoriarum
 segetes sibi pollicitus, eoquod Cæsar
 Lotharingium Ducem & Electorem Ba-
 varix cum exercitus sui robore ad
 Rhenum evocasset, relicto in Hungaria
 nonnisi Ludovico Badensi Duce cum
 agmine novis Turcarum viribus impare.

Sæc. XVII.
 A. C. 1688.

§. LIV.

*Seditiosi Calvinistarum tumultus con-
 tra Jacobum II. Angliæ Regem.*

Peropportuna accidit Protestantibus
 Anglis Gallica ad Rhenum expe-
 ditio; cum enim Cæsar & plerique Prin-
 cipes

Jäger hist.
 Eccl. 1. 2.
 cap. 4.

Sæc. XVII. cipes ac Germaniæ Ordines præcipue
 A. C. 1688. Catholici propulsandis Gallorum copiis
 intenti essent, necnon Brandenburgicus,
 & Saxo Electores, atque Hassiæ, &
 Brunsvico - Luneburgi Duces foedere
 inter se Magdeburgi inito Belgium,
 dum interea Auriacus Princeps cum
 classe Batava Angliam invadere para-
 ret, ab omni invasione tutarentur, Cal-
 vinistæ in Anglia jam diu concepta Ja-
 cobum Regem suum solio & Catholi-
 cos patria deturbandi consilia exequi
 statuerunt: Ut vero apertæ rebellionis
 calumniam a se amolirentur, præter
 consuetum oppressæ libertatis, Religio-
 nisque obtentum plures alias cavilla-
 tiones, artesque extogitarunt, ac
 sensim & veluti per cuniculos ad ever-
 tendum Regis thronum progressi sunt:
 Totum querulandi argumentum erat,
 Regem religione Catholicum, & Ca-
 tholicis concessam esse Religionis suæ
 libertatem, sublatamque in eos sæ-
 viendi licentiam: propterea Regem Re-
 gni leges evertisse, merito redarguen-
 dum censebant, etiamsi leges pro tem-
 porum vicissitudine abrogandi potestas
 supremæ Principis auctoritati annexa
 esset, ipsumque Angliæ Parlamentum,
 necnon Ecclesia Anglicana a tempore
 Caroli II. solio restituti sæpius decla-
 rarit, quod illimitata obedientia Regi
 debeat

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

debeatur: Fremebant tigride pejores præcipue Prædicantes Angli, postquam Rex suum diploma circa conscientiae libertatem hoc item anno die vigesima septima Aprilis innovavit, ac Pseudo-Episcopis injunxit, ut eam in cunctis Ecclesiis bis per annum prælegi curarent. Tum vero horum septem in Cantuariensis Archiepiscopi ædibus habito conciliabulo palam Regis mandato obfistere decreverunt, caussantes, se pro timidis ac hypocritis a populo habendos, si diploma Regni legibus adeo contrarium promulgarent, atque indulgentiam, inque legibus dispensandi potestatem, quam sibi Rex arroget, suo calculo approbarent, seque periculo exponerent, ne si hac occasione cederent, postmodum alia Regis mandata suæ Religioni magis adhuc contraria approbare cogerentur. Ceterum Regis voluntati nonnisi quatuor obtemperabant Episcopi, sufflantibus autem Prædicantibus ubique factum, ut, dum regium diploma prælegeretur, populus omnis Templo exiret: imo Præconum quidam prævie populum allocutus diceret, *se ad prælegendum esse obstrictum, populum vero ad audiendum nulla lege teneri.* Horum pervicacia irritatus Rex, eos coram Regio Senatu die octava Junii adesse jussit, cum

Hist. Eccles. Tom. LXV.

00

que

Sæc. XVII. que a pristina sententia se neutiquam
A. C. 1688. recessuros, præfracte declararent, ex
 octodecim Senatorum sententia in Londi-
 nensem Turrim abducebantur, ubi tamen
 non modo populus turmatim confluens,
 sed ipsi etiam præsidarii milites a captis
 hisce Pseudo-Episcopis genuflexi benedi-
 ctionem elata voce petebant, eosque vel-
 ut Martyres honorabant: die etiam vi-
 vigesima nona ejusdem Mensis hi
 Præsules e custodia dimissi sunt, non
 sine maxima Regis indignatione.
 Tantum in fanaticos habet imperium
 falsa etiam Religio.

§. LV.

*Carolus Walliæ Princeps recens
natus.*

*Salmon hist.
d' Angl. hist.
de Jac. II.
Rapin, l. c.*

Die decima Junii natus erat Jacobo
 Angliæ Regi ex uxore Regina Ma-
 ria Eleonora Eltensi, quam annis se-
 ptem sterilem habuerat, Filius primo-
 genitus, quem Jacobi Eduardi nomine,
 & Walliæ Principis titulo insignitum
 voluit. Biduo post Regius Princeps
 Sacro fonte abluebatur, Patrinos a-
 gentibus Romano Pontifice, Mutinensi
 Duce, & Regina Vidua. Festivus cam-
 panarum, tormentorumque strepitus
 ingentem lætitiâ inde conceptam te-
 stabatur, suas quoque gratulationes
 adde-

addebant Londinensis Magistratus, Au- Sæc. XVII.
 riaci Principis, ejusque Conjugis no- A. C. 1688.
 mine Legatus Zuylensteinius, Geor-
 gius Daniæ Rex, suaque Uxor, plu-
 resque alii: Incredibili præprimis gau-
 dio efferebantur Catholici, spe freti,
 Jacobo Regi Catholico successurum Fi-
 lium Catholicum: ob id ipsum vero tam
 impotenti iracundia efferebantur conju-
 rati Calvinistæ, ut sui, quod diu medita-
 bantur, consilii executionem maturare,
 totis viribus ad laborarent: Patrem,
 simulque Filium perdere, ipsis fixum,
 ratumque erat: omnes igitur fraudum
 fontes exhauriendi, nullis artibus, men-
 daciis & calumniis parcendum, folio
 deturbandus Rex, quia Catholicus ac
 propterea ad regimen inhabilis, atque
 indignus: ejus hæres vix natus, nata-
 lium honore, omnique successionis
 spe deiciendus: Quid non fanaticus
 sectæ Zelus, novandarum rerum pru-
 ritus ac rebellandi consuetudo inspirat?
 Execrabantur Calvinistæ Jacobum Re-
 gem, eo quod religione Catholicus Cal-
 vini sectam sensim exterminare crede-
 retur, eo autem mortuo eandem per
 Auriacum Principem Calvinianum pri-
 stino vigori restitutum iri, adhuc dum
 sperabant, nunc autem, nato hærede
 absdubio in religione Catholica edu-
 cando,

Sæc. XVII. A. C. 1688. cando, Auriacum Principem ad Angliæ sceptrum, detruso Jacobo Patre, evocandum suadebant: cum autem Auriaco successionis jus solo eo nomine competere posset, quia ejus uxor Jacobi Regis Filia esset, timendum censebant, ne Anglorum potissimi recens nato Principi, utpote proximiori hæredi potius, quam Regis Filie Regnum asserendum propugnarent: Ut igitur utrique huic nodo cuneum quaererent, detestando prorsus ac infernali consilio Walliæ Principem tanquam supposititium infantem diffamare simulque Auriacum e Belgio ad expellendum Jacobum Regem evocare decreverunt. Jam autem huic commento prorsus levissimo, ac honesta Natione indigno præluserant conjurati; quamprimum enim ineunte hoc anno Regnam uterum gestare promulgatum fuerat, fraudem subesse ac Regnam nequaquam esse gravidam in vulgus sparsere, non alia persuasi ratione, nisi quia per plures annos Regina nullas suscepisset proles, postquam vero eam vere gravidam esse compertum erat, Calvinistæ ad mendacia ingeniosi sparsos per urbem rumore jactabant, Regnam die nona Aprilis foetum abortivum edidisse; cum autem illa die decima Junii etiam Filium præsentibus Regina

Vi.

Vidua, quinque Nobilibus Matronis, Sæc. XVII. A.C. 1688.
 obstetrice, & octodecim Proceribus in
 proximo cubiculo præstolantibus, enixa
 esset, hunc nonnisi Matri suæ supposito
 fuisse calumniabantur, imo Burnet
 præter abortivum fœtum die decima
 Junii primum, eo autem ipsa hac
 die mortuo secundum pariter Richemund
 diæ post aliquot septimanas defunctum,
 ac denique tertium scilicet Jacobum
 Eduardum fuisse suppositum comminiscitur:
 Adeo sibi non constat mendax hæc fabula,
 ut eam refellere supervacaneum foret,
 atque ipsimet Protestantæ Angli atrocissimam
 hanc calumniam ideo duntaxat ut veram
 credere simulabant, quia eorum proposito,
 & honestandæ rebellioni tum deserviebat.

§. LVI.

Auriacus Princeps a conjuratis ad capessendum Regnum evocatus.

Attamen conjurati Calvinistæ sui propositi metam nondum plene attigisse censebant per hoc turpissimum commentum, quo sine omni veritatis furore per summam injuriam, calumniamque atrocissimam Jacobum Walliæ Principem illegitimo thoro fuisse progenitum, proin successionis hæredita-

Mem. de la dern. Revol. p. 281. Carol. mem. lib. 9.

Sæc. XVII. riæ incapacem finxerunt, ipse etiam
 A. C. 1688. Pater folio dejiciendus erat, ut inte-
 gram Domum Stuartam funditus ever-
 terent, & Catholicam religionem peni-
 tus e Regno eliminare possent. Hunc
 in finem Prædicantes nil opportunius
 censebant, quam ut sparsis variis libel-
 lis & calumniis primo Regem populo,
 militibus, Proceribusque invisum red-
 derent. Occasionem illis rursus sup-
 peditabat Regis mandatum, quo etiam
 milites regii adstringebantur, ut revo-
 cando juramento, legibusque pœnali-
 bus operam suam conferrent, aut arma
 ponerent; integræ ergo legiones, ex-
 ceptis duobus Tribunis paucisque Ca-
 tholicis, arma posuere, nautæque in-
 dignati, quod Archithalassus rem Divi-
 nam in navi sua ritu Catholico celebrari
 jussisset, ægerrime cohiberi poterant,
 quin non Sacerdotes Catholicos in mare
 præcipites agerent. insuper incen-
 toribus Pseudo-Episcopis inter Ecclesiam
 Anglicanam & Non-Conformistas,
 imo etiam inter utramque factionem,
 quæ vulgo *Torys* & *Whiggs* appella-
 batur, arctum concludebatur fœdus:
 Omnium sententia eo abibat, ad libe-
 randam patriam a despotico Regis im-
 perio, necnon ad religionem ab interitu
 redimendam nil magis expedire, quam
 Guilielmum Arausionensem Ducem ac
 Catho-

Catholicorum hostem ad invadendum Sæc. XVII.
 Regnum & sceptrum invitare: Eo fine A. C. 1688.
 Procerum potissimi sub vario obtentu
 Hagam profecti, hac de re cum præfato
 Duce sua contulere consilia, opemque
 Batavorum implorabant, Gilbertus quo-
 que Burnetus, aliique Prædicantes,
 in Hollandia conspirationem contra Re-
 gem conflagrant, cum interea Londi-
 nensis & Bristolliensis Pseudo-Episcopi,
 necnon Henricus Sidneyus, pluresque
 Proceres primarii in Anglia seditionem
 pecuniis, armisque clam promovere
 certarent. Horum votis toto capite an-
 nuebant Batavi, rebellionis ope liber-
 tatem redimere jam dudum edocti,
 suis quoque consiliis obtentum suppe-
 ditabat dissidium Colonienſe ob Für-
 ſtenbergii electionem exortum; Gallicæ
 enim invasionis metum simulantes, va-
 lidam classem instruebant, atque exer-
 citum prope Noviomagum contrahe-
 bant: Aberat longe Jacobus Rex a tam
 atrocis conspirationis suspitione, quam-
 vis ab Avausio Comite Oratore Gallo,
 & Skeltone Anglico Regis Legato de-
 super admonitus fuisset: Respuit quo-
 que Rex oblatam a Rege Franciæ clas-
 sem, ac triginta armatorum millia;
 suadebant Jacobo ejus amici, ut Ba-
 tavos hostiliter aggredereſetur, qua in-
 vasionem facta Auriaci consilia absdubio
 fuissent

Sæc. XVII, fuissent everfa: nil aliud tamen a Jacobo
 A. C. 1688. securitatis fiducia decepto impetrari po-
 terat, nisi quod a Batavis sciscitaretur, quo hic apparatus spectaret? cui ta-
 men hi sat arroganter responderunt, se quoque nescire, quem numerosus
 Regis exercitus, & valida ejus classis peteret. Hoc responsum latentis con-
 jurationis suspicionem Regi tandem in-
 gessit, quocirca die vigesima prima
 Septembris Regio diplomate declara-
 vit, quod religionem Anglicanam &
 Protestantes ab omni metu liberaturus
 consentiret, ut Catholici a plebæi Or-
 dinis Senatu excluderentur. Paulopost
 constante fama, omniumque sermone
 divulgatum est, quod Auriacus cum
 Batava classe Angliam invasurus esset:
 quapropter Rex suæ securitati consul-
 turus, sex Episcoporum tum Londini
 degentium, quid in præsentis rerum vi-
 cissitudine agendum, sententiam exquisi-
 vit, ac die vigesima octava Septembris
 edito diplomate suis subditis exposuit,
 quod exteri a turbidis, pessimisque ho-
 minibus sollicitati sub Religionis pa-
 triæque libertatis prætextu Regnum
 invadere pararent, suas igitur vires
 contra ejusmodi invasores Regiis jun-
 gerent: die etiam secunda Octobris om-
 nibus reis (nonnisi septendecim ex-
 ceptis) veniam, criminumque oblivio-
 nem

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

nem pollicitus est: Altera die Cantuariensis Archiepiscopus, aliique octo Episcopi ab Auriaco instigati Jacobo Regi suaserunt, ut Regni administrationem in variis Provinciis, nobilitate conspicuis Viris juxta Regni leges cederet, Curiam Ecclesiasticam aboleret, omnesque dispensationes & scholas publicas in Catholicorum favorem concessas revocaret, potestati dispensandi in legibus nuntium mitteret, quatuor Episcopis Catholicis jurisdictioni Ecclesiasticæ usum demeret, vacantibus Episcopatibus, aliisque Beneficiis in Anglia & Hibernia Viros pietate & eruditione claros præficeret, liberum Parliamentum convocaret, ac denique ad Ecclesiam Anglicanam ejusque religionem reverteretur: Ad horum consilium Rex, ut populum aliquantulum placaret, biduo post Curiam Ecclesiasticam suppressit, Londinensi urbi sua restituit privilegia, & plures Provinciarum Rectores, aliosque Magistratus Catholicos, subrogatis Protestantibus exauctoravit: verum hac remissione subditos suos a concepta rebellionem adeo non retrahere poterat, ut etiam Londinensis populus proximo Auriaci adventu elatus, jam palam in Catholicorum Sacella impetum facere præsumeret, ac præcipue quidam in Jesuitarum

Sæc. XVII. Templo Concionatorem, qui plura in
 A. C. 1688. S. Literis a Protestantibus depravata
 probaverat, mendacii palam arguerent; unde excitato tumultu non pauci graviter vulnerati recessere & Concionator a petulanti populo in platea impetitus, ægre mortem eluctatus est, ea propter Rex omnia Catholicorum Sacella occludi jussit.

§. LVII.

Auriacus Princeps ex Hollandia in Angliam appulsus.

Hist. des Revol. Salm
Hist. d' Angl. **D**um hæc interim in Anglia gerebantur, Guilielmus III. Princeps Auriacus edictum in Britanniam præmisit, in quo declarabat, se a quamplurimis Angliæ Nobilibus & Clero ad tuendam religionem, Regni que leges, quas Jacobus Rex eversum iret, evocatum eo fine in Regnum penetrare, ut ad tollendas vexationes, quibus Jacobus Anglos hucusque pressisset, liberum Parlamentum convocaret, quod suppositi Walliæ Principis natalia ac successio- nis causam jusque Regni Ordinibus discutiendum committeret, atque ex auctoratis exteris militarem disciplinam revocaret, simulque Protestanticam atque Anglicanam religionem a malevolorum machinationibus tutaretur: Pa-
 riter

riter Batavi alio edicto promotæ usur- Sæc. XVII.
 pationis calumniam a se amoliri nite- A. C. 1688.
 bantur, periculum obtendentes, ne Ja-
 cobus Rex Angliæ inito cum Gallis fœ-
 dere religionem & Belgium destrueret:
 Jamjam Batavi validissimam classem
 viginti armatorum millibus, armis,
 omnique apparatu bellico instructam,
 qua Princeps veheretur, paratam ten-
 ent, simulque Auriaco quater centies
 mille aureos mutuo dant, nulla aut
 Provincia aut urbe refragante, eoquod
 jam antea cuncti Prædicantes populo
 hujus subsidii necessitatem, æquitatem-
 que inculcassent. Die ergo vigesima
 nona Octobris Auriacus Princeps Ja-
 cobum & Regem legitimum, & Avun-
 culum & Socerum suum folio deturba-
 turus ex Hollandia solvit, tantam inhu-
 manitatem indignantibus etiam elemen-
 tis, ventisque, quorum impetu Princeps,
 cum jam in altum provectus esset, ad
 littus Batavum rejectus est. Sub idem
 tempus Jacobo Regi tradebatur Auriaci
 diploma, quo non sine indignatione per-
 lecto Cantuariensem Archiepiscopum,
 aliosque Episcopos convocavit, eisque
 injunxit, ut scriptotenus Auriaci inva-
 sionem detestarentur: Hi vero audacter
 responderunt, muneris sui partes esse,
 pacem procurare, non autem bellum
 contra Regiæ suæ Majestatis Generum
 accen-

sæc. XVII. accendere: Hoc responso offensus Rex,
 A. C. 1688. præfatum diploma divulgari inhibuit,
 ast illud non modo jamjam omnium
 passim manibus terebatur, sed insuper
 aliæ ipsius Auriaci literæ in vulgus
 spargebantur, quibus Princeps Regios
 Tribunos, milites, & nautas hortaba-
 tur, ne deinceps cum Religionis & pa-
 triæ dispendio sub Regis Jacobi signis
 militarent; inde vero factum, ut quam-
 vis Rex classem sexaginta navigiis vali-
 dam Auriaco opponeret, Darmuthus
 tamen Comes illius; Archithalassus par-
 tim militum perfidia, partim vento-
 rum injuria hostilem classem infestare
 non posset: Ergo Auriacus Princeps
 secunda eaque prosperrima navigatione
 cum ingenti sexcentarum & triginta
 quinque navium classe die undecima
 Novembris ex Hollandia solvit, ac de-
 cima quinta ejusdem Mensis die, ne-
 mine prorsus obnitente, in Angliam
 appulsus est; quamprimum vero Exo-
 niæ milites suos exscendere jusserat,
 mox Burnetus Præco Regi insensissimus
 diploma, quo Auriacus usurpationis
 contumeliam a se amoliri satagebat,
 consensu suggestu prælegit, omnibus
 Canonicis & majore populi parte e Tem-
 plo exeuntibus, ne conjurationis par-
 ticipes crederentur,

§. LVIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.*Jacobus Rex ex Anglia in Franciam profugere compulsus.*

Hoc ubi Rex compererat, nulla mora exercitum suum Sarisberiae contrahi jussit, tardo nimis consilio; quippe Auriacus cum suis copiis jamjam festinatis itineribus eo contenderat, augescebant etiam indies ejus copiarum tam Procerum, quam militum accessu: quatuor enim legiones Regiæ, conspirantibus eorum Ductoribus ad Principis signa defecere, varii Nobiles sumptis armis suos quoque subditos contra Regem concitarunt, & Churchillius, quem Rex maximis antea beneficiis cumularat, occultis cum Auriaco consiliis consentiens, Regem in hostium manus tradere machinabatur. summa tamen protervia literas ad Regem dare ausus, quibus in fidem & obsequium pro Regis defensione vitam & bona prodigere paratum se simulans declarabat, se duntaxat ob sectæ suæ amorem ad Auriacum defecisse: Præter hunc Georgius Daniae Princeps, ejusque Uxor Regis Filia, pluresque primæ dignitatis Proceres ad Auriaci partes transibant. Rex igitur a suis prolibus, clientibus, copiis, & famulis derelictus,
ad

Orleans hist. di Jacq. II.
Hode Hist. de Louis XIV. l. 45. pag. 394.
Corp. Diplom. t. 7. part. 2.

Sæc. XVII. ad Protestantium Procerum opem con-
A. C. 1688. fugere coactus est, qui tamen eidem
 administratæ Reipublicæ vitia audacter
 exprobrantes, inter concordiæ condi-
 tiones præscripserunt, ut convocato
 Parlamento omnibus (nullo excepto)
 Auriaco adhærentibus veniam conce-
 deret, cum præfato Principe per De-
 putatos transigeret, & Catholicos ab
 omnibus officiis confestim amoveret:
 Annuit Rex duris hisce conditionibus,
 ac die secunda Decembris tres Proce-
 res ad Auriacum deputavit, quibus
 vicissim Princeps die nona ejusdem
 Mensis pro summo imperio has condi-
 tiones Regi proponendas scripto tradi-
 dit. I. Catholici armis & officiis exuan-
 tur. II. Proclamata contra Auriacum
 edita revocentur, & si qui eidem ad-
 hærentes carceri fuissent mancipati,
 illico liberentur. III. Pro securitate
 Urbis Londinensis præsidium Prætoris
 imperio subsit. IV. Regis copiæ du-
 rante Parlamento triginta leucis a Lon-
 dinensi urbe absint. V. Tilburienſe
 propugnaculum Londinensi Magistratui
 tradatur. VI. Ad alendos Hollandos
 milites usque ad Parlamenti celebratio-
 nem publici proventus Principi cedan-
 tur. VII. ad præveniendam Gallorum
 exscensionem Portus - Ostium ad Regis
 Principisque arbitrium fido cuidam tra-
 datur.

datur. Verum Rex religionem, Ca-
 tholicosque Protestantium odio ac fu-
 rori immolare abhorrens, cum nulla
 eidem auxilii spes superesset, po-
 tius Regnum & patriam deserere vo-
 luit. Igitur die decima Decembris alie-
 nis vestibus indutam uxorem suam ejus-
 que Filium noctu in Galliam unicum
 velut asylum præmisit, ipse vero eadem
 die famuli habitum indutus, Londino
 Witehalliam aufugit, ac Feversha-
 mium quadam cymba delatus est, co-
 mitante eum Halesio Equite: mox au-
 tem nautæ aliique toto impetu in cym-
 bam proruere, ac Regem, quem Ha-
 lesii Sacellanum existimabant, multis
 injuriis affectum exspoliarunt, atrocio-
 ra tentaturi, nisi Connestabilis, cui
 Rex cognitus erat, populi petulantiam
 refrænasset. Hujus suasu Rex die de-
 cima sexta Decembris Londinum re-
 versus, promulgato edicto Provincia-
 rum Rectoribus injunxit, ut seditiosos
 homines, qui varias ædes atque Eccle-
 sias primo expilatas demum funditus
 everterunt, ab ejusmodi violentiis co-
 hiberent: Insuper Hiberniæ Episcopum
 Catholicum a Calvinistis in vincula con-
 jectum libertati restituit: hac tamen
 elementia rursus tantopere in se conci-
 tabat Calvinistarum odium, ut Sena-
 torum quidam Regem captivum Bredam
 ab-

sæc. XVII.
 A. C. 1688.

Sæc. XVII. abstrahi suaderent, ac Londinenses Re-
 gem concubia nocte ex suo Palatio ad
A. C. 1688. privati cujusdam ædes amandarent,
 eique Regium satellitium denegarent,
 subrogata Hollandorum Prætoria co-
 horte. Tot molestias pertæsus Rex,
 obtenta Principis venia Rocestriam, ac
 inde in Franciam secessit, ubi instructo
 ad S. Germanum Palatio eum Rex Fran-
 ciæ tanquam Monarcham excepit. Tum
 vero in Catholicos tumultuari cæptum:
 exuuntur armis, & Sacerdotes Catho-
 lici, Jesuitæ, Proceres, & plebæi in
 vincula conjiciuntur, diruuntur Catho-
 licorum ædes, violatoque gentium jure
 etiam Oratorum domus spoliatur: pa-
 lam Londini venum exponitur edictum,
 quo in Patrem Petersium Jesuitam in-
 quiri jussum, moxque accusatur in ju-
 dicio Saresberiensis Comes, eoquod
 Catholicam religionem amplexatus
 esset. Lectoris judicio relinquimus,
 an hæc agendi ratio consonet Auriaci,
 & Batavorum diplomati, quo declara-
 tum, quod *Princeps Regnum invadere, de-
 solari, aut Regem solio deturbare, ipsum
 comprehendere, vel legitimæ successioni de-
 rogare, aut Catholicos expellere vel vexare
 nullatenus intendat.* O Punica fides!
 O præclarum Calvinianæ sinceritatis
 exemplum?

§. LIX.

*Siamensis Legatio ad Franciæ Regem.*Sæc. XVII.
A. C. 1688.

Jam dudum Viri Apostolici natione Galli, qui in Siamensi Regno Catholicæ fidei veritatem propagaverant, apud Naraïem Regem instabant, ut cum Galliarum Rege foedus iniret, hancque in rem Oratores Parisios decerneret: Huic consilio suffragabatur Constantinus Pharck seu Phaulk natione Græcus, qui Anglicanis negotiatoribus sese adjungens, in Indias venit, ubi ob ingenii præstantiam, liberalitatem, & magnificentiam Siamensi Regi percharus, ad primarii Ministri honores ab eo evehctus est. Anno hujus sæculi octogesimo secundo Catholicam religionem professus, Regem suum eo induxit, ut pro commercii augmento, & Regni securitate contra Hollandorum infestationes servanda Legatos ad Franciæ Regem ablegaret: Annuit Rex, qui etiam biennio post tres Legatos Gentiles unacum P. Tachard Jesuita (*), qui interpretis vices agebat, Parisios decrevit. Hi ergo Regis sui nomine commercii societatem, Regisque Gallici amicitiam expetebant, rogabantque, ut

Pufend. introd. a l'hist. l. 6. cap. 5. Choisy t. 2. pag 91.

(*) Vide ad calcem hujus libri epistolas hanc in rem scriptas.

Sec. XVII. ut eis iterum Viri Apostolici submitte-
A. C. 1688. rentur, eoquod ipsorum Rex, omnes-
 que populi Catholicæ fidei nomen dare
 parati essent, vicissim vero Constanti-
 nus Gallis polliceretur, se urbem *Bancok*
 eis cessurum, ea lege, ut ipsis Franciæ
 Rex Architectos militares, argentum
 & naves submittere vellet: Minus hæc
 propositio arridebat Calvimontio E-
 quiti & Abbati de Choisy, nihilominus
 Pater de la Chaise a Rege ea, qua au-
 ctoritate valebat, facile impetravit, ut
 juxta Legatorum petita coloniæ in hoc
 Regno erigerentur, & præfatus Calvi-
 montius ad Siamenses tanquam Lega-
 tus decerneretur; cui adjunctus est Fur-
 binus Eques, qui urbem *Bancok* que
 veluti imperii clavis erat, in propugna-
 culum reduxit, ac copioso milite Gallo
 & Siamensibus firmavit. Adeo facie-
 lem sese hisce Legatis præfuit Ludo-
 vicus Rex, eoquod probe perspectum
 haberet, Europæos Missionarios huc-
 usque particulari favore, ac Siamen-
 sis Regis patrocínio in hoc Regno tutos
 ac bene habitos fuisse: Confecto igitur
 negotio hi Legati pretiosis donis hono-
 rati ad patriam reverti parabant, orta
 autem immani tempestate vix non omnes
 naufragio periere: quocirca Siamensis
 Rex rursus alios decrevit Oratores,
 qui anno hujus sæculi octogesimo sexto
 die

die octava Julii ad Gallici Regis allo-
 quium admissi, Regis sui literas, ac
 magna Orientalis munera obtulerunt,
 vicissim illi longe pretiosioribus hono-
 rati in Regnum suum unacum duodecim
 Viris Apostolicis rediere, quorum
 opera permulti Siamenses ad Christia-
 nam fidem conversi sunt. Die autem
 vigesima tertia Decembris Romam de-
 lati summo Pontifici Regis sui nomine
 amplitudinis, & Sanctitatis famam gra-
 tulati sunt, his vicissim Papa potentiae
 amplitudinem, & praecipue affectum
 erga fidem Catholicam & conversionis
 gratiam precatus est. Attamen Opra Pet-
 cheratchas, seu Petraatia Mandarinus
 intercepto Regis Palatio, & Constantino
 in vincula coniecto postquam cunctos
 Europæos armis spoliaverat, ac conjura-
 torum ope occisis duobus mortui Regis
 fratribus Regnum sibi vendicaverat,
 omnes Gallos e Regno ejecit, ac sa-
 luberrimum propagandæ fidei negotium
 non modo intercudit, sed etiam sævissi-
 mæ Catholicorum vexationis causa ex-
 stitit; Regni enim usurpator Metro-
 politanum, decemque Missionarios, qui
 in Siam permanerant, cum aliis na-
 tione Gallis capi, catenis constringi
 ac quotidianis iisque durissimis tor-
 mentis cruciari jussit, cunctosque Eu-
 ropæos e Regno proscripsit.

Pp 2

§. LX.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

§. LX.

Summi Pontificis liberalitas erga Principes Catholicos.

*Priet. An-
nal. cont.
pag. 977.*

Advenerat Romam ineunte Mense Februario Comes Ludovicus Marilius, qui Leopoldi Cæsaris nomine adferendas belli Turcici expensas a summo Pontifice pecuniarum suppetias efflagitabat; cum autem Innocentius Papa a pristino suo fervore, quo rem Christianam adversus Turcas juvare semper intentus erat, nihil unquam remitteret, hinc liberali manu præfato Comiti pro Imperatore septem millia, quingentos aureos Viennæ exsolvi jussit, & triginta millia proxime numeranda pollicitus est: insuper cum Veneti adhuc dum Turcico bello impliciti essent, ac victricibus armis die trigesima prima Augusti Kninum in Dalmatia Barbaris eripuissent, in ulterioris expeditionis usum decem aureorum millia ab utriusque Cleri Viris, necnon Hispaniarum Regi in Regno Siciliæ decimas Ecclesiasticas bello Africano contra Mauros impendendas, exigendi copiam fecit. Præterea Poloniæ Regi decies mille Imperiales nummos transmisit, mutata tamen postea vcluntate Italiæ decimas, quas Polono destinaverat, in Cæsarem tran-

transtulit. Quoniam vero Venetorum & tota Æmilix Regio horribili prorsus terræ motu concuteretur, ac præcipue plura Romandiolæ oppida, Bagnacavalum, Lugum, Ruffium, & Cottineola, necnon in Neapolitano Regno plurima Palatia, Tempa & domus ruina pene integra oppressæ fuissent, Pontifex decennem immunitatem ab oneribus incolis concessit, ac pecunias inter pauperes largiter distribuit.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

§. LXI.

Virginii Ursini Cardinalis obitus.

Currentem annum inter vitæ suæ postremos numerabat Virginius Ursinus Bracciani Ducis Filius, qui a pueritia Clericalem vestem indutus, ac Romæ scientiis sublimioribus eruditus, in utraque Juris facultate lauream accepit: postea inter Melitenses Equites assumptus, non raro egregia fortitudinis specimina adversus Turcas edidit, ac propterea ab Urbano VIII. absens inter Cardinales Diaconos cooptatus est: demum Polonici & Lusitani Regum negotia Romæ procuravit, pluribusque Sacris cætibus non sine magna prudentiæ integritatisque laude interfuit; unde propter vitam, quam duxerat, virtutibus meritisque plenam

*Ughell. Ital.
Sac.
Siri in Merc.
Tet. lædes
Barb.*

Pp 3

passim

Sæc. XVII. passim *Ursinæ gentis honor, Urbisque de-*
 A. C. 1688. *cus* dictus est. Obiit tandem Romæ
 die sexta Januarii annos natus septua-
 ginta & unum.

§. LXII.

*Alexander Crescentius Cardinalis
mortuus.*

Palat. Fast.
tom. 4.

Hunc eadem mortis necessitate seque-
 batur Alexander Crescentius ex
 vetustissimo Romanorum genere ortus,
 qui a teneris inter virtutum exempla
 enutritus, emenso studiorum cursu Or-
 dinem FF. Capucinorum ingressus est,
 quo tamen ob adversam valetudinem
 relicto Congregationi Clericorum de
 Somascha nomen dedit, ubi tanta vir-
 tutum, ac eruditionis fama inclaruit,
 ut ab Alexandro VII. Cubiculi Magister,
 & primo Alexandrinus, postea Antio-
 chenus Patriarcha nominaretur: de-
 mum vero a Clemente X. Romana Pur-
 pura donatus, Lauretanam, & paulo-
 post Recinatensem Ecclesiam Episcopus
 obtinuit: Defuncto autem Pontifice
 Clemente X. plurimorum suffragia in
 Crescentium collimabant, a promerita
 tamen dignitate per Gallorum factio-
 nem dejectus: uberiolem vero felici-
 tatem adeptus est, dum ob meritorum
 cumulum ad superos evocatus, Romæ
 ex

ex apoplexia obiit eo temporis mo- Sæc. XVII.
 mento, quo rei Divinæ operari cæ- A. C. 1688.
 perat.

§. LXIII.

*Stephani Brancatii Cardinalis
 extrema.*

Tertius ex Purpuratis, qui hoc anno *Palat. Fast.*
 naturæ debitum solverunt, erat Ste- *Card. t. 4.*
 phanus Brancatius patria Neapolitanus.
 Hic a suo Patruo Francisco Maria Car-
 dinale Romam accersitus, atque ex-
 celsæ indolis specimina præbens, va-
 riis Ecclesiasticæ ditionis urbibus Gu-
 bernator præficiebatur, postea vero ab
 Alexandro VII. Sedis Apostolicæ Nun-
 tius ad Neapolis Regem, & Venetorum
 Rempublicam decretus, demum ab In-
 nocentio XI. Cardinalium Collegio ad-
 scriptus est. Præfuit etiam Episcopus
 Viterbiensi, & Tusculanæ Ecclesiis.

§. LXIV.

*Felicis Rospigliosi Cardinalis
 decessus.*

Insuper ex Purpuratis hoc anno dena- *Palat. fast.*
 tis erat Felix Rospigliosus, qui a *Cardinal.*
 pueritia totum sese literis dedicans, *tom. 4.*
 præcipue in Mathematicis disciplinis
 expertissimus erat: Romam delatus,

Pp 4 in

Sæc. XVII. in Ecclesiæ utilitatem suam impende-
A.C. 1688. rat eruditionem, omnisque ejus vita
erat labor & virtus, & salutare semper
consilium: conscientiæ, non gratiæ ser-
viebant ejus judicia, fortis semper ani-
mo, publica semper spectans, nil hu-
mille unquam sapiebat: Tot meritorum
fama illum ad Purpuram Romanam
expetere credebatur, qua tamen illum
Clemens IX. honorare, constanter re-
nuit, eo quod Nepotes suos ad Ecclesiæ
dignitates efferre abhorruisset. Æqui-
tas tamen postulare videbatur, ut ho-
norem, quem differre, integritatis ra-
tio petebat, spectata sola meritorum
copia Clemens X. Successor Rospiglioso
nostro tribueret: quo minus tamen eo
tempore Purpuratorum Collegio aggre-
garetur, obstabat dissensio, quæ tum
obversabatur Papam inter & Franciæ
Regem, qui Estræum Laudensem Epi-
scopum ad purpuram promoveri, im-
portunius postulabat: maluit autem
Felix promerita dignitate carere, quam
illam cum Pontificis fastidio acceptare,
quinimo ipsemet Papam urgebat, ut
tandem Estræo petitum honorem con-
ferret, quocirca Felix nonnisi anno hu-
jus sæculi septuagesimo tertio compo-
sitis Franciæ rebus Cardinalis tit. S.
Mariæ in Porticu nominatus est. Præ-
fuit variis Patrum cætibus, in quibus
tanta

tanta eminuit prudentia, rerumque ge- Sæc. XVII.
 rendarum dexteritate, ut Pontifex eo A. C. 1688.
 inconsulto, nihil agere, nihil decer-
 nere consueverit. Tandem viribus ex
 affiduo labore exhaustis Romæ hoc an-
 no obiit, anno ætatis suæ quadrage-
 simo tertio,

§. LXV.

*Francisci Mariæ Mancini Cardinalis
fata.*

Ad hunc quoque annum a nonnullis *Old. in ad-*
 refertur obitus Francisci Mariæ Man- *dit. ad Cia-*
 cini patria Romani, qui in variis Italiæ *con. Mercur.*
 Academiis confecto Theologiæ ac Ju- *ad ann. 1670.*
 ris prudentiæ stadio lauream doctoralem
 applaudente eruditorum corona rece-
 pit: Postea anno ætatis suæ vigesimo
 septimo Præfulari veste ornatus, plu-
 res Italiæ urbes singulari prudentiæ &
 æquitatis laude administravit, variis-
 que officiis præpositus, ad Ludovici
 XIV. Franciæ Regis preces ab Alexan-
 dro VII. in Cardinalem renuntiatus est;
 quocirca haud multo post in Galliam
 contendit, tum ut Regi grates repen-
 deret, tum ut Cardinalem Mazarinum,
 aliosque propinguos inviseret. Ea oc-
 casione quatuor præpingues a Rege ob-
 tinuit Abbantias, quarum tamen pro-
 ventus non ad luxum, sed ad literato-

Sæc. XVII. rum commodum impendit; suas enim
A. C. 1688. ædes veluti in Academiam convertit,
 ad quam Viri eruditi sæpissime quasi
 in Palæstra ad literaria studia conve-
 nerant. Romam redux statim variis
 Congregationibus adscriptus est: Vixit
 ibidem vitam Principe Ecclesiastico di-
 gnam, largus in pauperes, munificus
 in amicos, comis in omnes: tandem
 vitæ suæ cursum absolvit, magno exter-
 ris æque ac Romanis relicto sui de-
 siderio.

§. LXVI.

Joannis Delphini Cardinalis mors.

Quo anno Joannes Delphinus Cardi-
 nalis obierit, non æque constat,
 certum tamen est illum sub Innocen-
 tio XI. commune mortalitatis debitum
 exsolvisse. Erat is Patritius Venetus
 a puero Clericali militiæ adscriptus,
 tantaque linguarum & jurisprudentiæ
 peritia imbutus, ut anno ætatis suæ
 trigesimo *Sapienter* inter Reipublicæ Se-
 natores sedere promeritus sit. Orator
 ad Cæsarem, & postea ad Franciæ Re-
 gem decretus, utilissime negotia Rei-
 publicæ gessit. Interim defuncto A-
 quileiensi Patriarcha, cujus Coadjutor
 jam antea erat, viduatam Ecclesiam
 administrare ab Alexandro VII. Papa
 jussus,

ius, mira sedulitate ac vigilantia Pa-
 storali, suo gregi præfuit, suarumque
 virtutum odorem Romam usque exhal-
 lavit: unde ab eodem Pontifice Pur-
 pura decoratus, illam pietate & do-
 ctrina illustriorem reddidit: tandem
 laboris sui præmium, uti speramus,
 in cælis beato fine adeptus est, annos
 septuaginta & unum natus.

Sæc. XVII.
 A. C. 1688.

§. LXVII.

Paderbornensis Synodi decreta.

Die decima Julii Hermanus Werne-
 rus Paderbornensis Episcopus Diæ-
 cesanam habuit Synodum, in qua præ-
 primis statutum, ne exercitium Aca-
 tholicum sive publicum sive privatum
 toleretur, nec Prædicantes irrepere
 permittantur, minus vero Catholici eo-
 rum concionibus aut aliis sectæ exer-
 citiis intersint, Catholici autem Pasto-
 res nonnisi per mediam horam aut
 tres quadrantes concionentur, sedulo
 autem a convitiis in A catholicos absti-
 neant. Præcipit etiam Synodus, ut
 in scholis latinis doceatur cantus Gre-
 gorianus: vetitum vero, ne Ecclesiæ
 per totam diem apertæ relinquantur,
 ne sic furum direptionibus, aut aliis
 profanationum periculis exponantur.
 Statuit præterea, ut Pastor domo di-
 sce-

Concil.
 Guerr. t. 10.

Sæc. XVII. scedens, custodi significet, ubi inveniri
A. C. 1688. possint requisita ad Sacramenti admi-
 nistrationem: Statuit insuper Synodus,
 ut propterea, quod baptizandus infans
 sit illegitimus, Parochus ipsum bap-
 tizare non differat, exposititios autem
 sub conditione semper baptizet, sive
 sal iis appositum fuerit, sive non: Eu-
 charistiam vero nullibi, quam in Ec-
 clesiis Parochialibus afferret: inculcat
 etiam communicaturis, ut saltem a
 media nocte nihil, ne quidem per modum
 medicinæ sumant, Prohibitum quo-
 que in hac Synodo, ne sub elevatione
 cantiones intercinantur, sed altum si-
 lentium in recollectione animi fervetur:
 nec Pastores nec Clerici in loco publico
 præsertim Dominicis & festivis diebus
 ad metam jaculentur, minus vero Con-
 fessarii Testamentis condendis interfint,
 nec Testatoribus, cui aliquid relinquen-
 dum, suadeant, imo nec propriæ Ec-
 clesiæ importunum patrocinium susci-
 piant, nisi magna paupertas, vel ne-
 cessitas id exigat.

§. LXVIII.

*Diœcesanæ Synodi Monasteriensis &
 Tornacensis decreta.*

Ejusdem hujus anni die undecima
 Octobris Fridericus Christianus de
 Plet-

Plettenberg Monasteriensis Episcopus Sæc. XVII.
A. C. 1688.
 suam celebravit Synodum, in qua præ-
 primis recitatæ sunt literæ Nuntii Apo-
 stolici Colonienfis, quibus significatum,
 Pontificem dolenter percepisse, quod
 multi Sacerdotes sub Missæ sacrificio
 fictitia coma utantur, hanc ergo cor-
 ruptelam Synodus iustulit. Die au-
 tem quarta Maij Gilbertus de Choiseul
 Tornacensis Episcopus rursus Synodum
 habuit, in qua Feriam tertiam Paschæ
 & Pentecostes, necnon Festum SS. Mag-
 dalenæ, Martini, Catharinæ, Nicolai,
 SS. Innocentium & Exaltationis S. Cru-
 cis abrogavit, festum vero S. Lauren-
 tii in Dominicam transtulit.

§. LXIX.

*Diversæ Sacrarum Congregationum
 Decisiones.*

Præter Constitutionem, qua Innocen-
 tius XI. Papa Italiæ Clero tres in-
 tegras decimas imposuit, nulla alia
 occurrit, plures tamen exstant Sacra-
 rum Congregationum decisiones a sum-
 mo Pontifice confirmatæ, & quidem
 die nona Januarii S. Rituum Congrega-
 tio declaravit, quod Sacerdos sæcula-
 ris, qui celebrat in Ecclesiis Regula-
 rium, in quibus fit de festo duplici,
 non possit ibi dicere Missam *de Requiem*,
 etsi

*Const. SS.
 Congr. Rit.
 Concil. Rot.*

Sæc. XVII. et si ipse agat de festo simplici. Exorto
 A. C. 1688. dubio in Ampuriensi Ecclesia circa electionem Pœnitentiarii, Sacræ Rotæ Judices die vigesima Februarii deciderunt, quod licet Tridentina Synodus in Canonico Pœnitentiaro non requirat præcise ætatem quadraginta annorum, nihilominus adhuc Gratia remaneat nulla, quando fuit concessa cum falsa narrativa præcisæ ætatis. Die autem sequenti Congregatio Concilii requisita respondit, quod si reperiatur injunctum, quod celebrentur quotannis Missæ triginta S. Gregorii pro defunctis in Ecclesia designata per Sacerdotem eligendum ab nominatim expresso, cui solvantur scuta decem vel duodecim pro eleemosyna, Capellanus Sacerdos sic electus teneatur per se ipsum celebrare, nec possit dare eleemosynam currentem alteri Sacerdoti, retento sibi, quod superest. Sacra autem Rituum Congregatio die decima tertia Martii Archiepiscopis & Episcopis Regni Neapolitani injunxit, ut Sacerdotibus Ecclesiarum suæ Diœcesis intiment, non esse dandum Evangelium ad osculandum Sæcularibus etiam Præsidi, usumque Baldachini, & assistentiam in Presbyterio esse prohibitam, interminata etiam Regularibus interdicti
 pœna.

pœna. Jam anno præterito Episcopus Asculanus coram Rituum Congregatione exposuit, quod Patres Franciscani Ducissæ Civitatis Asculanæ in Apulia usum genus flexorii, strati & Pulvinaris in sua aliisque ejusdem Urbis Ecclesiis (excepta Cathedrali) denegarint, ipsa autem quasi possessionem obtendens, mota lite in hoc jure conservari petierit. Eadem Congregatio præfata die respondit, non licere Ducissæ uti genus flexorio &c. in Ecclesiis Regularium, & Episcopus id prohibeat etiam juris remediis. Dubitatum fuit, an Regulares requisiti ab Agriculis, ut Agnos benedicant, & locustas &c. maledicant, S. Concilii Congregatio die vigesima octava Augusti respondit, id eis non licere absque Parochi licentia & cum stola. Denique eadem Congregatio die decima tertia Novembris decidit, quod Vicarius Capitularis sede Episcopali vacante non habeat facultatem concedendi Indulgentias, quas ceteroquin Episcopus vivens concedere potuisset. Regulares quoque Monialium Confessarii etiam extraordinarii, habeant ætatem quadraginta annorum.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

§. LXX.

*Principum aliorumque Illustrium
obitus.*

*Priet. An-
nal. cont.*

Jam supra memoravimus, Maximilianum Henricum Bavarizæ Ducem atque Archiepiscopum & Electorem Coloniensem hoc anno decessisse, eique neglecta Fürstenbergii postulatione successisse Josephum Clementem Ratisbonensem Episcopum. In Hildesheimensi vero Ecclesia die decima nona Julii Jodocum Edmundum de Brabeck, in Monasteriensi die vigesima ejusdem Mensis Fridericum Christianum de Plettenberg, ac denique die decima septima Augusti in Leodiensi Jacobum Ludovicum de Eldern Successores habuit. Die etiam vigesima nona Martii decessit Marcus Antonius Justinianus Venetæ Reipublicæ Dux, ob Regiminis felicitatem æterna memoria a Venetis recolendus, cui die decima tertia Aprilis omnium suffragio subrogatus est, Joannes Franciscus Morosinus crebris contra Barbaros victoriis inclytus. Naturæ insuper debitum solvit Berolini die undecima Maij anno ætatis sexagesimo nono, Regiminis vero quadragesimo nono Fridericus Guilielmus Elector Brandeburgicus, qui, si belli for-

fortuna animi fortitudini respondisset, Sæc. XVII. A. C. 1688.
 ditiones suas longe lateque extendisset; quamvis enim Suecos tota Pomerania eiecisset, iteratisque præliis hostes suos debellasset, nihilominus omnia ex Neomagiensis pacis legibus restituere coactus est, exiguo prorsus tot victoriarum fructu: Decessere etiam Fridericus Dux Megapolitano - Suevinensis, Maria Euphrosina Caroli Gustavi Sueciæ Regis Soror, atque Elisabetha Hasso - Cassellensis Dux, necnon Hervordiensis Abbatissa.

§. LXXI.

Scriptorum religione Catholicorum decessus, & opera.

Inter egregios Scriptores Ecclesiasticos, qui hoc anno obiire, celebre sibi nomen, ingensque sui desiderium reliquit Joachimus Sailer Abbas Fischingensis Ord. S. Benedicti, qui virtutum atque eruditionis laude præstans, plurimos libros tam Exegeticos, quam Theologico - Historicos in lucem edidit. Alter erat Carolus du Cange, sive Du Fresne, qui edidit Historiam Imperii Constantinopolitani sub Franciæ Regibus, Tractatum Historicum de Capite S. Joannis Baptistæ, apud Ambianenses asservato, Historiam S. Ludovici.
*Du Pin
 Nouv. Bibl.
 des Auth.
 tom. 18.
 Niceron t. 8.
 pag. 104.*

Hist. Eccles. Tom. LXV. Qq vici

Sæc. XVII. vici Francorum Regis. Joannis Cini-
 A C. 1688. mani Historiarum libros sex cum anno-
 tationibus, relationem circa collectionem
 Historiarum Gallorum, Epistolam
 cujusdam Regii Consilarii circa libel-
 los in Flandria contra Henschenium &
 Papeprochium vulgatos, Historiam By-
 zantinam duplici commentario illustra-
 tam, Joannis Zonaræ Annales cum
 notis, Chronicon Paschale unacum no-
 tis chronicis, & Historicis præter alia
 nonnulla nondum typis edita. Obiit
 Parisiis die vigesima tertia Octobris
 anno ætatis septuagesimo nono, III.
 De Refuge, cui adscribitur: *Prudens
 Aulicus*, seu institutio vitæ Aulicæ.
 IV. Antonius Fureterius Abbas Cha-
 livanensis scripsit Dictionarium Univer-
 sale continens omnes scientias, artes
 & voces apud Gallos receptas, earum-
 que origines. V. David Lensfant Ord.
 FF. Præd. typis vulgavit Concordantias
 Augustinianas, Biblia Augustiniana,
 Historiam Generalem omnium sæculo-
 rum novæ legis, S. Bernardi Biblia
 præter Biblia S. Thomæ Aquinatis.
 VI. Thomas Mazza ex eodem Ordine
 elucubravit Historiam veterum Gotho-
 rum, Claudiani vitam & apologiam
 pro fide Christiana, tractatum mora-
 lem super interdicto mulierum ingressu
 in Monasteria, præter alia opuscula
 exegetica. §. LXXII

§. LXXII.

Sæc. XVII.
A. C. 1688.

Scriptorum A catholicorum lucubrationes & fata.

Ex Scriptoribus A catholicis hoc anno denatis recenseri merentur sequentes. I. Petrus Holmius, qui brevem considerationem Theologiæ Mahometanæ, dispositiones anniversarias in textus Pœnitentiales, & disputationes varias edidit. II. Augustinus Balthasar posteritati reliquit disputationes de aquis supra - cœlestibus, de prisca hæresi Nicolaitarum, & de Justificatione peccatoris coram Deo præter alia nonnulla. III. Joannes Saubertus scripsit tractatum de sacrificiis veterum, versionem latinam commentarii Rabbinici in Pentateuchon, Philologemata Sacra, Palæstram Theologico - Philologicam, explicationem selectiorum Scripturæ sacræ dictorum, de Sacerdotibus & Saceris Hebræorum Personis præter quam plurima alia. IV. Simon Bronmeister vulgavit Theatrum Imperatorum Romano - Germanicorum, Pharum Geographicam Hispaniæ, Galliæ, & Italiæ cum notis Ecclesiasticis, atque introductionem in universalem Historiam Monarchicam, V. Christophorus Wölfelin publici juris fecit exercitationes

*Carol. mem.
l. 9. p. 467.
Witte Diar.*

Qq 2

nes

Sæc. XVII. nes Theologicas de lapsu Adami, de obligatione credendi in Christum, de pœnitentia Tyrionum & Sidoniorum, de Criteriis Scripturæ Sacræ, de Tri- duo mortis Christi, de literis Eliæ ad Joramum Regem, & Lutherum vindicatum. VI. Lucas Reinhart edidit Synopsin Theologiæ dogmaticæ, Monita Evangelica, Arma victricia primitivæ Ecclesiæ, Augustiniano - Augustina- nam Confessionem, Juris Canonici gem- mulas, compendium Theologiæ Epi- stolico - Evangelicæ, & S. Cæcili, Cy- priani aliorumque epistolas. VII. Ja- cobus Bircherodius scripsit librum Pro- phetæ Jonæ illustratum, Obadiam exe- getice expositum, & tractatum de ho- ris. VIII. David Klug elucubravît speculum mortalitatis, ideam Bibli- cam, & harmoniam Evangelistarum.

§. LXXIII.

Ludovicus XIV. Galliarum Rex pro Imperii hoste declaratus.

Carol. mem. lib. 9. Theatr. Euro- rop. t. 13. pag. 655. Approb. Cæs. S. C. Ratisb. **D**um in dissitis Provinciis cuncta ex- teris, domesticisque motibus tur- barentur, Imperii Principes, Ratisbo- næ in comitiis congregati Fürstenber- gium Cardinalem & Ludovicum XIV. Galliarum Regem, utpote datæ fidei immemorem, Turcasque in Christia- nos

nos identidem concitantem pro com- Sæc. XVII.
munibus Imperii hostibus declarandos, A. C. 1689.
junctisque armis opprimendos esse, die
vigesima quarta Januarii censuerunt:
edito die quarta Martii decreto, cujus
præcipuus articulus ita conceptus erat.
*Merito existimatum est primo jam loco,
Regem Gallicæ injustissima in Imperium im-
pressione, & omnigenis crudelitatis Chri-
stiano nomine indignæ generibus, horren-
dum in modum exercitis, semetipsum Im-
perii hostem professum, proque tali haben-
dum, & conceptis verbis declarandum esse,
ita & ipsa Sacra Cæsarea Majestas Cle-
mentissime in id consentit eo promptius, quo
certius præterea constat, Regem illum, non
solum a multis retro annis rebelles Hunga-
ros pecuniis, variisque aliis adminiculis fo-
visse, sed & juratum Christiani nominis
hostem in Cæsaream Majestatem, Impe-
riumque concitasse, quin & novissimis ex
Turcia literis per hos ipsos dies allatis,
certis indubitatisque testibus, Aulæ Otto-
manicæ fædus de armis communiter inferen-
dis offerre, data fide, cæptum in commo-
dum illius, sublevationemque bellum, jun-
ctis cum ea viribus sese prosecuturum, nec
sine ea pacem unquam facturum, adeoque
jure meritum esse, qui nunc haud secus, ac
anno superioris sæculi quadragesimo quarto
Spiræ unanimi Imperii consensu factum,
pro publico non solum Imperii, sed totius*

Sæc. XVII *Orbis Christiani hoste, non minus, quam*
 A. C. 1689. *Turca ipse habeatur, declareturque &c.*

Hoc idem Principum Germanorum judicium Imperator, Imperiique Ordines die quarta Martii publico decreto confirmarunt, necnon ad Italiæ Principes, ac Imperii subditos die nona Aprilis has dedere literas:

„Nos Leopoldus &c. Notum, ex
 „ploratumque dilectionibus Vestris, &
 „Vobis esse volumus, quod, cum Co-
 „rona Gallix jam dudum sanciti Anno
 „1684. in universalibus Imperii Comi-
 „tiis, Nos inter & Imperium ex una,
 „& illam ex altera parte, Armistitii
 „Vicennalis leges, non tantum multi-
 „fariam transgressa sit, & contra diser-
 „tum, tam earumdem, quam Pacis
 „Westphalicæ ac Neomagenlis tenorem,
 „varia in Imperio loca, & proventus
 „usurparit, pontes in ripa Rheni non
 „sua extruxerit, munimenta in terris
 „Imperii erexerit, sylvas exciderit,
 „multisque aliis modis S. R. J. Status,
 „ac subditos afflixerit, sed tandem e-
 „tiam patientiæ nostræ impatiens, vel
 „nostrorum contra Turcas progressuum
 „invidia, vel inexplebili proferendorum
 „limitum suorum cupidine agitata, to-
 „ties a se datæ, ac paulo ante renovatæ
 „fidei immemor, conculcato omni di-
 „vino, Ecclesiastico, & gentium jure,

„eo

„eo ipso tempore, quo nostri, & plu- Sæc. XVII.
 „rium Imperii Statuum exercitus, con- A. C. 1689.
 „ventionum publicarum, verbique Re-
 „gii sanctimonia freti, ad Albam Græ-
 „cam pro Dei gloria contra infideles
 „decertabant, Nos & Imperium nil
 „minus suspicantes, quasi ex insidiis,
 „nullaque denuntiatione prævia, in-
 „festis armis aggressa sit, Philippibur-
 „gum, pactorum fiducia, necessario
 „præsidio denudatum summa vi ex-
 „pugnari, Palatinatum, Franconiam,
 „Sueviam, aliasque ad Rhenum ditio-
 „nes invaserit, immisso in agrum, &
 „Archiepiscopatum Coloniensem milite,
 „Nobis, & S. R. Imperio Cordinalem
 „Fürstenbergium, contra legitimam,
 „ac ab ipso summo Pontifice rite con-
 „firmatam Principis Josephi Clementis ex
 „Bavariæ Ducibus Electionem, pro
 „Archiepiscopo, & Electore Coloniensi
 „obtrudere tentarit, Moguntiam, Wor-
 „matiam, Spiram, Nematum, Heil-
 „bronniam, Heidelbergam, Francken-
 „daliū, Manhemium, aliasque Ro-
 „mano Imperio mediate, seu immediate
 „subjectas urbes, ac arces tum vi,
 „tum deditione, certis legibus, in suam
 „potestatem redegerit, & nec ipsis Ju-
 „stitiæ Sacris parcendo, supremum Im-
 „perii Tribunal, quod in dicta urbe
 „Spirensi, intra atrocissima Superiorum
 „bello-

Qq 4

Sæc. XVII „belloꝝ incendia semper intactum
A. C. 1689. „manserat, transportatis inde in Gal-
 „liam Scripturis, atque documentis
 „ad totum R. I. pertinentibus, evertē-
 „rit, ac dissiparit, pauperumque, &
 „pupillorum, ibi depositas ac asserva-
 „tas pecunias, sibi nefarie vindicant,
 „contributiones passim immensas extor-
 „serit, imo integras urbēs, oppida,
 „ditionesque, quantumvis tributa im-
 „perata exsolverint, contra datam, ac
 „ipsius Delphini manu roboratam fi-
 „dem expilatas, partim immisissis ope-
 „rariis tanta rabie, ut nec lapis supra
 „lapidem maneret, ab imis sedibus
 „diruerit, nec ab ipsis templorum te-
 „ctis, Principumque antiquissimis pa-
 „latiis impias abstinendo manus, solo
 „æquarit, nonnullis in locis robustio-
 „res subditos, barbarorum more, in
 „servitutem, seu ad portanda in Gal-
 „liis arma violenter abegerit, alios
 „frumentis, quæ post tantas exactio-
 „nes reliqua erant, multatos, propriis
 „agris jam consitis, aratrum inducere
 „coegerit, omnique in posterum agri-
 „cultura, sub pœna fisci severissime in-
 „terdixerit: denique passim quousque
 „belluina militum suorum inhumanitas
 „pertingere potuit, cæde, ferro, flam-
 „mis, rapinis, aliisque inter barbaros
 „notis, ipsamque Tartarorum & Tur-
 „carum

„carum Crudelitatem, ac malitiam
 „excedentibus irarum, sævitix, ava- Sæc. XVII.
A. C. 1689.
 „ritix, libidinisque exemplis horrende
 „impleverit, ac etiamnum implere, &
 „insuper juratos S. Crucis hostes in ul-
 „timam Christiani Orbis perniciem sti-
 „mulare, & ad Societatem armorum
 „arctiore secum nexu stringendam solli-
 „citare pergat.,

„Nos cum S. R. J. Electoribus, Prin-
 „cipibus ac statibus de defendenda, &
 „a præsentissimo interitu vindicanda
 „charissimæ Patriæ libertate delibera-
 „tionem instituerimus, & ab iisdem
 „rogati simus, ut non tantum decreto,
 „ac per totum Imperium R. publicato
 „universali, justissimoque bello, pro
 „munere Cæsareo una secum tam im-
 „manes injurias propulsare, & Im-
 „perii Salutem ac libertatem omnibus
 „viribus asserere contendamus, sed e-
 „tiam eos, qui prædictam Coronam
 „milite, equis, armis, commeatu,
 „pecunia aut aliis quibuscunque mediis
 „juverint, pro communibus totius Impe-
 „rii hostibus habeamus. Et speciatim no-
 „stris, atque S. R. J. per Italiam Vasal-
 „lis, ne memoratæ Coronæ ullo modo
 „adsint, ejusdemque execrabiles cona-
 „tus directe vel indirecte promoveant,
 „severe, & sub pœna amissionis feu-
 „dorum, aliorumque a nobis, & Im-
 „perio

Qq 5

Sæc. XVII. „perio in ipsos profectorum benefi-
 A. C. 1689. „ciorum serio interdicimus, &c. Hinc
 „est, quod de Cæsareæ nostræ Pote-
 „statis plenitudine, dilectiones Vestras,
 „& Vos, benigne juxta serioque mo-
 „nemus. ac sub indignatione gravissi-
 „ma, & pœna amittendorum feudo-
 „rum, & quorumcunque a Nobis, ac
 „Imperio concessorum privilegiorum,
 „jurium, gratiarumque districte inhi-
 „bendo mandamus, ne quis Vestrum
 „ullam amplius operam dictæ Coronæ
 „Gallicæ, aut ejusdem colligatis, &
 „adhærentibus navet, neque auxilia
 „ulla submittat, sed submissa revocet,
 „stipendiis renunciet, &c., „

§. LXXIV.

*Varicæ urbes Turcis a Cæsareis copiis
 ereptæ.*

Calmet Hist. de Lorrain. t. 3. l. 46. Mem. Hist. & Chronol. Ineunte anno hujus sæculi octogesimo nono Leopoldus Imperator cum novo Anglorum Rege, Brandenburgico & Saxonæ Electoribus, Batavisque foedus inivit, ejusque jussu Ludovicus Badensis Marchio Sigethum inferioris Hungariæ munitissimum oppidum cinxit, illudque diuturna obsidione atque inedia pressum subegit: in Servia vero Turcas ad Moravam ingenti clade affecit, continuatoque victoriarum cursu Barbaros, dum

dum sese sub Niceæ Urbis muros metu Sæc. XVII.
 attriti reciperent, rursus ibidem a Cæ- A. C. 1689.
 faris exercitu adortos ad internecionem
 delevit, multorum millium strages e-
 dita, cunctaque impedimenta victori-
 bus in prædam relicta: Inde Marchio
 promotis castris ipsam quoque Niceam
 immensis opibus, armentis omnique
 bellici apparatus genere urbem locu-
 pletissimam nullo obsistente occupavit,
 multis Turcarum millibus qua cæsis,
 qua fluvio haustis: Ne vero hosti sese
 colligendi spatium relinqueret, copiis
 versus Danubium reductis in Turcas,
 quæ huic regioni incubabant, movit,
 iisque denuo profligatis Vidinum ad
 fluvii littus cepit, dissipatisque navi-
 giis omnibus, incolas pene omnes in
 fugam egit, retentis duntaxat, quos
 ad colendos agros magis idoneos cen-
 sebat. Pari etiam armorum felici-
 tate Piccolomineus in Bulgaria Pistri-
 niam subegit & Scopiam incendit, Pic-
 colomineo autem fatis functo Holsteinii
 Dux, qui eidem successerat, sex Tur-
 carum millibus ingenti clade confectis,
 Stippum Servix urbem expugnavit,
 totamque in cineres redegit. Sub idem
 tempus in castris nuntiatum erat, quod
 Canissa ad fines Croatiae sita, ac na-
 tura & arte munitissima Urbs post lon-
 gam acerrimamque obsidionem sese de-
 derit

Sæc. XVII
A.C. 1689. derit Leopoldo Imperatori, qui raro
moderationis, pietatisque exemplo
præfidiarios Turcas, incolasque secun-
do Danubio ad suos deduci iussit, ve-
tuitque, ne ulli injuria vel molestia in-
ferretur. Crebras hæc clades novus
Sultanus jam diu prospexisse videtur,
quocirca die undecima Februarii Le-
gatos suos Viennam decrevit, qui non
modo Sultani exaltationem ad so-
lium Bisantinum referrent, sed etiam
pacem æquis conditionibus exorarent:
postquam vero Imperium a Gallicis ar-
mis infestari & Venetos a Napolis ob-
sidione inglorie fuisse depulsos com-
pererant, paulatim a propositis condi-
tionibus resilierunt, quapropter vix
non omnis futuræ pacis spes evanuit.

§. LXXV.

*Plurimæ urbes a Gallis direptæ, ac
incendiis devastatæ.*

Gottfrid.
cont. Hist.
Chron. l. II.
pag. 385.
397.

Quamprimum Galliarum Rex Imperii
exercitum Ductoribus Lotharingio,
& Eugenio Sabaudix Ducibus ad in-
feriorem Rhenum movere, necnon Ba-
varix & Brandeburgi Electores cum
suis copiis versus Clivix Ducatum &
superiorem Rhenum properare comper-
erat, extincto æquitatis, moderatio-
nisque Christianæ lumine feralem fa-
cem

cem accendere statuit: Prius tamen Sæc. XVII.
 inter foederatos Principes dissidia semi- A. C. 1689.
 nare intentus, Augustanum foedus
 nonnisi ad eliminandam fidem Catho-
 licam spectare, divulgabat, cum vero
 huic criminationi speratum successum
 haud respondere cerneret, atque in-
 cassum quosdam Principes ad suas par-
 tes pellicere niteretur, bello Hispanis
 denunciato armorum societatem cum
 Sultano innovavit, multosque Archi-
 tectos militares, Tribunosque ad Tur-
 carum exercitum submisit, pacemque
 cum Algerianis sancivit. Postea Re-
 gis jussu Catinatus & Bouflerus Fran-
 ciæ Marescalli in Palatinatum, Fran-
 coniam, Sueviam, necnon Wirten-
 bergensem & Badensem Ducatus ir-
 runt, omnesque ferme urbes, quas
 Rex anno priori occupaverat, incen-
 diis & rapinis inhumana crudelitate
 devastant, etsi incolæ paulo ante
 multo auro direptionem, incendium-
 que redemissent, Die etiam decima
 octava Januarii Comes de Melac Hei-
 delbergensis Gubernator suas copias in
 plura agmina divisit, ac Rorbachium,
 Laimanum, Nuslochium, Kircheimium,
 Bingam, Wislochium, Bruchusium,
 Epenheimium, Neckerhusium plures-
 que alias urbes continenti incendio
 delevit, & Ladenburgum, & Schries-
 hei-

Sæc. XVII. heimium immani deprædatione vastata
 A. C. 1689. vit: Idem ac longe sævum magis factum die trigesima prima ejusdem Mensis subiere Neuenheimium, & Hendschuchsheimium urbes, ubi non modo avaritia, sed & crudelitas in direptas urbes grassata est; nam utriusque sexus incolæ vestibis suis nudati, Virgines stupratæ, Matronæ & prægnantes omnibus contumeliis affectæ, & nec pueris ac puellis omnino inermibus servata est vita aut honor, sed quidquid petulantiaë aut crudelitatis feroci militi inspirare poterat indomita rabies ac sollicitia, impune tentatum, & Oppenheimium & Offenburgum dirutis mœnibus abductisque bellicis munitionibus flammis traditum: Attamen magis inhumano furore Heidelbergæ, Electoris Palatini Metropolis fuit devastata; incassum Virgines Deo sacratæ mortuis similiores quam vivis, genibus flexis, manibus ad cælum levatis inter lacrimas & singultus aut a libidinoso milite tutamen, aut alibi asyllum quærendi copiam implorant; evertitur funditus Principis regia, pons & arx, incenduntur Monasteria, abstrahitur Archivium, Bibliotheca, totumque expilatur armamentarium, & quamvis Franciæ Delphinus urbis immunitatem solemnium juramento spondisset,

tota

tota tamen militum direptioni, flam- Sæc. XVII.
 misque die secunda Martii tradita est. A. C. 1689.
 Haud mitius agebant Galli Spiræ,
 Manheimii, & præcipue Wormatiæ,
 ubi non modo civitatem devastarunt,
 incolas exactioibus exhaustos, om-
 nibusque bonis spoliatos inde expule-
 runt, sed insuper incensa urbe Epi-
 scopum atque imperii Principem octo-
 genario majorem, eoquod gregem
 suum deserere, & residuos Ecclesiæ
 suæ proventus Tribunis tradere nollet,
 inter duriorum tormentorum minas &
 ludibria captum ad Dirmensteinianam
 arcem abstraxere, nec etiam veneran-
 dis Imperatorum cineribus parcentes,
 apertis sepulcris, quicquid edax rerum
 tempus nondum absumpserat, diripue-
 runt; nec eos quoque absterruit Reli-
 gionis sanctitas, quo minus in destru-
 ctis Sacellis obvias Christi Crucifixi
 aliorumque Sanctorum imagines ad
 alendos ignes adhiberent, totque inter
 Christianos nunquam auditæ crudeli-
 tatis vestigia ibidem, ac in toto Palati-
 natu & Spirensi Episcopatu relinque-
 rent, ut nec animus adeo constans,
 lingua adeo fæcunda, nec calamus
 tam promptus reperiri queat, quo tam
 horrenda desolatio describi posset: Has
 tamen sævitias Scriptores Galli ex-
 cusabant Barbarorum exemplis, hostis-
 que

Sæc. XVII. que debilitandi necessitate, si vero hæc
 A. C. 1689. mala omne bellum fatali necessitate
 semper sequerentur, eaque duntaxat
 hac ratione excusari valerent, raro ad-
 modum Christiano Principi contra Chri-
 stianos victoriæ gloriam, quam non-
 nisi per ejusmodi inhumanas feritates
 invenire posset, quærerere liceret.

§. LXXVI.

*Moguntia & Bonna Gallis a Lo-
tharingio Duce ereptæ.*

*Hode Hist.
Lud. XIV.
lib. 46.
Priet. An-
nal. contin.*

Sub idem ferme tempus Franciæ Rex
 Hispanis bellum denuntiabat, hu-
 jus hostilitatis causas edito diplomate
 declarans, quas tamen fœderati Belgii
 Gubernator non modo omni etiam ob-
 tentu, ac ratione destitutas, sed &
 Regiæ Majestatis pietati injurias esse,
 opposito scripto ostendit: quapropter
 etiam Guilielmus III. Auriacus Prin-
 cept Gallorum violentiis irritatus, Lu-
 dovico Franciæ Regi bellum indixit:
 Inde animosior factus Lotharingiæ Dux
 cum sexaginta millium exercitu haud
 procul Mosellano fluvio castra metatur,
 Moguntinam urbem oppugnaturus.
 Dies erat vigesima secunda Julii, qua
 ad Rheni littus superum Bavarus &
 Saxo arcem simul & D. Albani & Ca-
 tharinæ propugnacula aggredi cæpe-
 rant,

rant, cum interea Cæsarei Hassis juncti Sæc. XVII. A. C. 1689.
 contra alteram Urbis partem aggressio-

nem tentarent: lentius tamen obsidio-
 nales fossæ, aggeres, & machinarum
 suggestus promovebantur, & nonnisi
 undevigesima Augusti die cæpta ver-
 beratio, frequentes tamen erant pu-
 gnæ, solitæque Gallorum artes non
 sine crebra hominum, operumque strage:
 Accurrit cum quatuor Equitum
 millibus Comes Dünewaldus, ut Cæ-
 sareos per quotidianas velitationes valde
 tenuatas reficeret: vicissim obsessi sup-
 petias urgent, Gallorum tamen exer-
 citus non tam obsidionem solvere, quam
 incendia circumferre intentus erat:
 unde urbem toto impetu invadere, Lo-
 tharingio constitutum, datoque signo
 die quinta Septembris tanta vi con-
 cursus est, ut post trium horarum con-
 flictum oppido cruentum tandem tri-
 duo post Uxelius Urbis Gubernator
 deditiois signum efferret, pactis con-
 ditionibus, ut obsessi non modo liberi
 abirent, sed etiam quadringentos sar-
 cinarum currus, tot populationum spo-
 lia, præter decem belli tormenta se-
 cum auferrent. Periere ex Gallis plus-
 quam quinque millia, de foederato au-
 tem exercitu sex ferme millia, sauciis
 quamplurimis, quos inter præcipuus
 erat Eugenius Sabaudia Princeps, qui
Hist. Eccles. Tom. LXV. R r præ

Sæc. XVII. præ ceteris imperterriti Ducis existimationem a toto exercitu retulit. Interim Schönningius Brandenburgi Bellidux Gallos Coloniensem Provinciam ignibus infestantes assecutus, geminos certamine Cæsaris - verdam usque repulit, captaque hac urbe & Rhenoberga Cæsari reddita, Gallos ex toto Coloniensi agro, Clivia & Juliaco eiecit. Supererat adhuc Bonna, in quam urbem, Fürstenbergio Cardinale jam antea Metas unacum Nobili Matrona de la Marck profugo, Brandenburgus tantam ignium & pilarum vim iniecerat, ut ædes ferme omnes, Tempus, Gymnasium, ipsumque Palatium Electorale dirueretur, quin tamen Azeledius Gubernator tam fæda urbis stragem quam civium lacrimis ad deditioem flecti posset. Tandem vero Lotharingus cum Cæsareo exercitu accurrens, decimo post die præsidiarios ad deditioem compulit: Cecidere ex Gallis sex millia quingenti.

§. LXXVII.

Innocentii XI. summi Pontificis obitus.

*Mem. Chron.
Et Dogm.
Riencourt
t. 3. p. 163.*

Interim Romæ Innocentius XI. die septima Februarii coram Purpuratis elegantissima oratione Regem Franciæ deprædicabat, quia Jacobum Angliæ Regem

Regem ab usurpatore folio spoliatum Sæc. XVII.
munificentissime excepit, postea Pon- A. C. 1689.
tifex Purpuratos Ludovici XIV. Regis
exemplo ad pacem, fervorem, atque in-
defessum Religionis Catholicæ defen-
dendæ studium incitavit: Estræus quo-
que Cardinalis dissidia propter Fürsten-
bergii electionem, asyloꝝ abroga-
tionem, & Lavardini Oratoris excom-
municationem inter Romanum Pontifi-
cem & Ludovicum Franciæ Regem ex-
orta componere satagebat: Pontifex
tamen sui juris dignitatisque tenacissi-
mus, in illis duntaxat, quæ Divino
honori, & conscientiæ suæ non repu-
gnarent, se Regi gratificari posse, con-
stanter respondit, vimque sibi a Gallica
classe inferri veritus, Centumcellas
muniri jussit. Mense Aprili a Cibo
Cardinali edoctus, Lavardinum Ora-
torem Roma in Franciam a Gallia-
rum Rege revocatum esse, læto animo
id percipiebat, ne tamen vis aut inju-
ria Gallis inde discessuris a plebe infer-
retur, indictis gravibus pœnis providit:
nulli tamen Gallo ad beneficia post
Cleri Gallicani conventum nominato
confirmationis diploma concessit, adeo,
ut obeunte hoc Papa plusquam triginta
Ecclesiæ in Francia Pastoribus suis or-
batæ essent. Exeunte demum eodem
Mense Lavardinus cum suis urbe insa-
lutato

Rr 2

lutato

Sæc. XVII lutato Pontificē excessit, quem quia
 A. C. 1689. Jesuitarum Generalis natione Hispanus
 invisere renuerat, Rex inde offensus,
 omnes Gallicæ Nationis Jesuitas, qui
 Romæ agebant, Domum revocavit,
 illis vero, qui in Franciæ Regno me-
 rarentur, inhibuit, ne deinceps huic
 Generali obtemperarent: Igitur mox
 omnes Jesuitæ, insuperhabito Pontifi-
 cis interdicto, urbem deseruere. Tot
 vero molestiis, assiduis curis, gravi-
 que senio pressus Pontifex die sexta Junii
 difficillimo morbo infestari cæpit, quo
 indies ingravescente Romani publicis
 orationibus ac communi fletu Deum
 pro recuperanda tanti Patris salute
 exorabant: Eluserat autem mali vehe-
 mentia Medicorum artem ac solertiam;
 quippe ad primam sanguinis emissio-
 nem humores penitus corrupti in vul-
 nera, pusulas & ulcera degenerantes,
 mortem vicinam designabant, ad cu-
 jus nuntium solus Pontifex impeteri-
 tus, nec immensis, quos patiebatur,
 doloribus animo dejectus, raro patienti-
 tiæ exemplo identidem exclamare au-
 ditus est: *Domine auge dolorem, adauge*
patientiam. Die octava Augusti, postquam
 repurgata conscientia Sacrum Viaticum
 receperat, sepositis omnibus mortalis
 vitæ curis cunctos Cardinales adesse
 iussit, eisque exposuit, quod quidem ad

ad colloquium rerum mundi tempus Sæc. XVII.
 deficeret, eorum tamen præsentia re- A. C. 1689.
 fieretur: postea eloquentia supra mo-
 riantis morem ac vires gravi eos hor-
 tabatur, ut Successorem eligerent Vi-
 rum probitate insignem, qui ejus er-
 rores ex inconsiderantia commissos re-
 parare, ac defectus supplere possit, &
 pecunias ex parsimonia collectas in sub-
 ditorum levamen impendere velit: eo
 enim voto illas fuisse congregatas. His
 dictis die decima ejusdem Mensis Sacro
 infirmorum oleo ungi petiit, cunctis de
 familiæ sua bene precatus. Postera
 autem die a Leonardo Colloredo sum-
 mo Pœnitentiario rursus de præteritæ
 vitæ noxis absolvi voluit, ubi in ob-
 sequii monumentum & Religionis erga
 hoc Sacramentum, fatifcente licet
 dextera, caput detexit, & inter pia ad
 Deum suspiria aliquantulum quievit us-
 que ad alteram diem, qua Pontifex co-
 ram præfato Cardinale, & adstantibus
 FF. Prædicatorum Generale, & P. Ho-
 norio ab Assumptione Carmelitarum
 Excalceatorum Præposito Generale Dei
 opem, Beatæ Virginis, ac Sanctorum pa-
 trocinium devotis suspiriis, precibus, la-
 crimis, capitis inclinatione, & percus-
 sione pectoris implorabat, identidem
 hæc verba ingeminans: *Quoniam tu Do-
 mine singulariter in spe constituisti me,* postea

Rr 3 hor-

Sæc. XVII. hortante Colloredo Pfalmos & Christi
 A. C. 1689. Passionem a Religiosis alternatim præ-
 legi iussit, ac veniam a suis familiari-
 bus deprecans, de exhibita eorum cha-
 ritate grates egit, demum excitanti eum
 Pœnitentiario ad cordis lætitiæ exem-
 plo S. Theresiæ, quæ gloriabatur mori
 tanquam Filia Ecclesiæ Catholicæ, re-
 spondit Innocentius: *Utinam mihi esset
 sacra hujus Virginis spiritus, cum in
 plura verba vox haud ultra vigeret,*
 Pœnitentiarium rogavit, ut fidei pro-
 fessionem lente, vocaliterque prælege-
 ret, ipse vero, præloquentis verbis ad syl-
 labam mente inhærens, ea finita in jura-
 menti signum duos digitos Evangelii
 libro apposuit, demum post interneci-
 num totius halitus silentium die duo-
 decima Augusti osculo Sacris Christi
 Domini pedibus infixis sub invocatione
 SS. Nominis Jesu pie in Domino obdor-
 mivit, anno ætatis suæ septuagesimo
 nono, Mensibus duobus & viginti tribus
 diebus, Pontificatus sui duodecimo præ-
 ter decem Menses, & dies viginti duos.
 Quamprimum ejus cadaver in Eccle-
 siam D. Petri translatum, atque in Sa-
 cello S. Sixti expositum fuerat, Sancti-
 tatis odore accitus populus, turma-
 timque confluens præter tenerrima pe-
 dum oscula vestium quoque fragmenta
 velut pretiosissimas reliquias auferre
 certa-

certabat, atque exiguo temporis spatio Sæc. XVII.
 exspoliatum nudumque reliquisset, nisi A. C. 1689.
 hujus Pontificis corpus per satellites
 tempestive ad interiores ejusdem Sa-
 celli portas fuisset delatum, quarum
 nihilominus altera violenter reclusa Ro-
 mani vestimentis discerptis, detractis-
 que chirotecis Innocentii manus nuda-
 verunt, non sine pia digitorum læsio-
 ne, veluti violenter Patrem suum ac
 Venerabilem Dei Servum repeterent,
 & vel mortuum ad Urbis Præsidium
 sifterent. Immisâ propterea cohors ar-
 matorum, qui opposita vi violentam
 sacri cadaveris venerationem præpedi-
 rent. Sacerdotes etiam ablata Ponti-
 ficali mithra corpus pretioso sipario
 cooperuerunt, facie duntaxat & pedi-
 bus ad venerationem expositis. Magna-
 tes vero vestimenta, quibus Papa sa-
 nus usus erat, necnon linteola sangui-
 ne & sanie aspersa summo devotionis
 sensu inter se distribuerunt: nec tamen
 aliter præfestino populi desiderio satis-
 fieri poterat, quam ut Sacerdotes tri-
 duo post Coronas precarias, & sacra
 numismata sacrorum pedum contactu
 facerent: Tantam in populo vim ha-
 bet etiam occultatæ Sanctitatis fama.
 Eodem momento, quo hic Pontifex
 obierat, prægrandes tres Romani Co-
 lossæi arcus concidere. Requiescit

Rr 4

ejus-

Sæc. XVII. ejusdem Pontificis cadaver in magnifico mausolæo juxta tumulum Leonis X. & Innocentii X. P. P.

§. LXXVIII.

Innocentii XI. Papæ gesta in Pontificatu.

*Hode Hist.
de Louis
XIV. l. 46.*

Quanto Zelo, animique constantia sanctissimus hic Pontifex Urbem, Aulamque suam optimis moribus instructam esse desiderarit, atque Ecclesiasticam disciplinam legibus & exemplis egregie sustentarit, jam sæpius in hujus Historiæ decursu memoravimus: singularis tamen erat illius liberalitas, quacum ipsum quoque Cælum certasse videtur; nam quo profusius ipse expendit aurum, eo copiosius rediit; quantumvis enim Leopoldo Cæsari vices centena, Polonis tercenties, Neapolitanis quinquaginta aureorum millia, Venetisque ingentem auri vim erogasset, necnon centum scutatorum millia in pias causas designasset, & sexcenta aureorum millia in pauperes Virgines, & Templorum urbiumque reparationem distribuisset, nihilominus ærarium Pontificium, non solum gravissimo ære alieno liberavit, sed etiam ducentis aureorum millibus ditavit, & septingenta circiter scutatorum millia annuorum pro-

proventuum reliquit præter pretiosissima dona, quæ sæpius pro locorum temporumque opportunitate elargitus est. Celebratur ab ipsis Protestantibus ob animi integritatem, innocentiam, rerum omnium sæcularium contemptum ac magnanimitatem: non deerant tamen nonnulli. qui in splendido hoc sole maculas deprehendisse crederent, ac primo quidem ipsum Nepotibus suis æquo severiorem fuisse incusant; ast quam profunde hi nasutuli ungues suos in Nepotismi ulcus immerfissent, si Innocentius ex Ecclesiæ mensa buccellas panis Nepotibus suis porrexisset: nempe facilius Momo, quam ejusmodi censoribus satisfieri posset. Ceterum Galli huic Pontifici inflexibilis obstinationis vitium exprobant, eo quod nec armis nec minis compelli potuerit, ut Regaliæ extensionem atque Oratorum immunitates ratas haberet, si vero Innocentius adeo severum se erga Cæsarem ostendisset, absdubio ejus obstinationem Galli in animi firmitatem, ejusque decisiones in æquitatis prodigia transmutassent: lidem etiam Papam accusant, quod Fürstenbergii Electionem rejiciendo, Jacobi II. Angliæ Regis exitium accelerarit; perinde ac si Innocentio imputari posset, quod Galli inopino impetu armis suis Philippobur-

Sæc. XVII.
A. C. 1689.

Sæc. XVII
A. C. 1689. gum invaserint, cum tamen arma sua in Batavos convertere, eosque præpedire potuissent, ac debuissent, ne hi suo milite & classe Arausium Principem in Angliæ solum intruderent. Alii etiam Innocentium Jansenistis & Molinosio nonnihil favisse criminantur: ait eum parum Jansenistis patrocinarum fuisse videtur, dum illorum libros & præcipue Novum Testamentum Montense, Molinosii vero errores diplomate Apostolico damnavit: inter anniles fabulas rejici meretur illorum calumnia, qui hunc Papam in Protestantium favorem Bullam Cænæ promulgare, & Edicti Nannetensis abrogationem ratam habere, tergiversatum fuisse mentiuntur: Flocci habenda sunt ista, quæ cum palam falsa sint, negare fatis est, atque ex ipso inimicorum testimonio comprobatum habetur, quod ipsa etiam maledicentia alias in carpendis Pontificibus nimium fœcunda nequidem vitium, quo Innocentius dignitatis suæ prærogativam, aut nominis honorem contaminasset, hucusque excogitare potuerit. Agitur etiam ejus Beatificationis causa in Sacra Rituum Congregatione.

Sæc. XVII.
A. C. 1689.

§. LXXIX.

Cardinales conclave ingressi.

Justis de more persolutis quantocius *Hist. concl.*
 Cardinales tum Roma absentes ad *Theatr. Eu-*
 Sacra comitia pro eligendo Successore *rop. tom. 13.*
 evocati fuere, ac paulo post Livius Ode- *pag. 981.*
 scalchius defuncti Pontificis Nepos ab
 Imperatore in Romani Imperii Princi-
 pem eo fine promotus est, ut Romanæ
 Ecclesiæ Urbis ac Conclavis Protector,
 & supremus militiæ Præfectus nomi-
 nari potuerit: His ita dispositis Cardi-
 nales numero quinquaginta duo die
 vigesima tertia Augusti Conclave in-
 gressi sunt, ubi re Divina solemni ritu,
 peracta, habitaque de subrogando Pon-
 tifice perelegant oratione Dux de Chau-
 nes novus Ludovici XIV. Galliarum
 Regis Orator per Franciscum Cardina-
 lem Bullionium palam declarabat, quod
 asyli jus, quod in Palatio Lavardinus
 hucusque sibi vendicaverat, neququam
 usurpare, sed in perpetuum hoc jure
 se abdicare, a Rege suo jussus esset,
 insuper etiam literas Purpuratis tradi-
 dit, quibus Rex exposuit, Protestan-
 tes una omnes in Catholicæ Religionis
 excidium jurasse, proin & iniquis æ-
 que ac violentis eorum consiliis obviam
 iretur, ac imperterrito quodam Ecclesiæ
 Capi-

Sæc. XVII. Capite supremo res Christiana quam
A. C. 1680 maturissime indigeret: Aderat etiam
 Liechtensteinius Princeps, qui Cæsaris nomine Purpuratos itidem ad maturandam electionem hortabatur. Postea Cardinales varias condidere sanctiones, quas se in hisce comitiis servaturos, interposita juramenti religione spondebant, atque inter alia statuebant, nullum in Pontificem esse creandum, nisi plusquam a duabus Collegii partibus in comitiis eligeretur, proin ex sexaginta suffragiis solus quadraginta & unum haberet: Inde vero ortum, ut ab initio haud satis inter Purpuratos convenisset. quis ceteris præstantior ad hanc dignitatem evehendus esset, paulo post tamen conciliatis plurium animis, & præsertim Altierii & Chigii Cardinalium opera & consilio Cappizuchius tot Purpuratorum animos, voluntatesque sibi devotas habuit, ut non nisi tria ei deessent suffragia. Ginetto autem populus Romanus adeo favebat, ut illum jam quasi electum Pontificem proclamaret.

§. LXXX.

Petrus Ottobonus assumpto Alexandri VIII. nomine in Papam electus.

Post

Post iteratas suffragiorum scrutatio-
 nes tandem omnium animi in Pe-
 trum Cardinalem Ottobonum conspira-
 runt: Die ergo sexta Octobris in Sa-
 cellum Sixti IV. a Purpuratis deductus,
 interrogatusque, an sui electionem ra-
 tam haberet, & quo nomine appel-
 lari vellet, primo annuere recusavit,
 caussatus, se ob grave senium, virium-
 que imbecillitatem tanto oneri impa-
 rem, & tanto honore indignum esse:
 iterum vero interrogatus, invitus li-
 cet, hoc munus se acceptaturum, atque
 Alexandri VIII. nomen assumpturum
 respondit. Protinus igitur Pontifex
 publice proclamatus, inter festivas po-
 puli aggratulationes, tormentorum &
 tympanarum strepitus, Pontificali ha-
 bitu ornatus ad Templum desertur, po-
 stridie consueto ritu inauguratus. Age-
 bat tum annum ætatis octogesimum
 primum; accessere mox Principum Le-
 gati, atque inter eos Franciæ Orator
 Comitatum Avenionensem, quem Rex
 Innocentio XI. ademerat, Alexandro
 reddendum esse declarabat, ea tamen
 lege, ut in supremæ jurisdictionis si-
 gnum Gallica insignia in Urbis portis
 affixa remanerent, bellicque tormenta,
 quæ Rex Jacobo Angliæ Regi jam ces-
 sisset, eidem Regi redderentur. Has
 tamen condiciones utpote nimis duras,
 ut

Sæc. XVII.

A. C. 1689.

*Mem. Chron.
& Dogm.*

Sæc. XVII. ut Pontifex suo assensu comprobaret, nunquam induci potuit. Eadem die
 A. C. 1689 Fürstenbergius Cardinalis unacum duobus Coloniensis Ecclesiæ Canonicis rogabat, ut Pontifex Josephi Clementis Bavarix Ducis, atque Coloniensis Archiepiscopi electionem irritam declararet, verum id adeo non impetratum, ut potius Pontifex Bavari electionem confirmaret, eique Episcopatum Hildesensem quamprimum vacaverit, polliceretur: Præterea Polonis & Angliæ Regis Legato æs subsidiarium rogantibus, id quidem denegabat, pacem tamen se conciliaturum promisit, Venetis autem ex proventibus Abbatix *sanctæ Mariæ de Carceribus* quotannis quatercenties aureorum millia pro bello Turcico assignavit, nec non Bavarix Electori trecenties florenorum millia ex Clericorum bonis colligere permisit: Triremes etiam instrui jussit pro Melitenibus, denique die septima Novembris Petrum Ottobonum Pro - Nepotem suum Romana Purpura decoravit, ut senectutis suæ, atque curarum validum haberet consortem, fidum arcani Ministrum, vitæque suæ custodem: nec tamen propterea Nepotismi calumniam declinare poterat. Ut vero fidei nostræ hostes pro more suo prima jam hujus Pontificatus auspiciis suis

fuis calumniis contaminarent, falso in Sæc. XVII.
 vulgus sparsere, Alexandri electionem A. C. 1689.
 trium millionum pretio a Gallis fuisse
 coemptam.

§. LXXXI.

Hujus Pontificis indoles & gesta ante Pontificatum.

Erat Alexander Pontifex Patritius Venetus die decima nona Aprilis anno hujus sæculi decimo progenitus, qui Venetiis in patria sua humanioribus literis, æmulisque paternæ pietatis moribus excultus, Patavii tum Canonice tum civili jurisprudentiæ operam navavit, ipsa ætate eximium profectum admirante; nondum enim decimum septimum ætatis annum compleverat, cum jamjam utriusque Juris & Theologiæ laurea insignitus esset, atque omnium amorem copiosa virtute, & scientia sibi conciliaret. Tertio post anno Romam delatus, sese in Romanæ Curie praxi exercuit, ac demum ab Urbano VIII. primo Abbas, & utriusque Signaturæ Referendarius, plurimumque Urbium Prætor nominatus, ejusdem Pontificis jussu Spoletanos, finitimosque populos inter se dissidentes feliciter composuit: cum autem in enodandis plurimis, iisque difficillimis quæ-

*Ciacon. in
 vita Innoc. X.*

Sæc. XVII. quæstionibus miram dexteritatem, fa-
A. C. 1689. cilitatem, atque ingenii aciem prode-
 ret, & ubique singularis ejus virtus,
 integritas, modestia, eruditio, ac in-
 dustria eluceret, inter Rotæ Romanæ
 Judices numerari, ac denique ob hosce
 labores in Ecclesiæ emolumentum im-
 pensos ab Innocentio X. Sacro Purpu-
 ratorum Collegio adscribi promeruit,
 biennio post ad Brixensem Infulam
 promotus, qua tamen Ecclesia ultro
 dimissa Abbas Commendatarius Van-
 gadiciensis selectus, ac Veneta lega-
 tione functus, duodecim diversis Pa-
 trum Cætibus aut membrum interfuit,
 aut Præses præesse jussus est. Edidit
 quoque decisiones, quas ipsemet in
 munere Auditoris Rotæ elucubraverat,
 Majorum etiam suorum sepulcrum in
 Ecclesia S. Marci restauravit, ac sibi
 metipfi & posteris præparavit.

§. LXXXII.

*Massiliensis Senatus Sententia in Cle-
 ricos Regalium extensioni ob-
 sistentes.*

Abrege de l'Hist. Eccl. Jam integrum ferme biennium Massi-
t. 13. p. 425. liæ Judices Regii in discutienda Cle-
Acta erud. rorum, qui Regalium servitutum ex-
Lips. p. 569. cutere moliebantur, caussa insumpta-
 rant, tandem vero hoc anno die duo-
 decima

decima Februarii pronuntiata sententia **Sæc. XVII.**
 quamplurimos Viros prorsus insignes **A. C. 1689.**

non modo Laicos, sed & Clericos, ne-
 quicquam fori exemptionem opponen-
 tes, condemnarunt, ac præprimis Gui-
 lielmum Cauletum defuncti Episcopi
 Apamiensis Nepotem, atque Ecclesia-
 sticum Tolosani Senatus Præsidentem a
 suo munere ad triennium suspenderunt,
 Canonicis vero ac quibusdam Presby-
 teris ad certos annos eandem inflixe-
 re pœnam, Cerlium quoque Apamien-
 sem Vicarium, cujus effigiem patibulo
 affixam nuper retulimus, necnon Do-
 ratum Aquensem Archipresbyterum,
 licet absentes, ad perpetuas triremes
 damnarunt, multique alii bonis ærario
 addictis perpetuo exulare jussi sunt, ple-
 rique prius squalidis ac diuturnis car-
 ceribus confecti, & fame ac frigore pro-
 pemodum enecti: beneficii loco habe-
 bant non pauci, quod pro facultatum
 aut culpæ modo pecuniarum multam
 solvere, vel publicam deprecationem
 facere permitti essent, quin aliud in
 sententia crimen annotaretur, nisi quod
contravenerint jussis, & declarat ionibus
Regiis, de receptione ac distractione libro-
rum in Regno prokibitorum, & quod varia
machinati sint contra officium Regi debitum.
 Eadem ex culpa Laurentius Albinus
 Bibliopola Lugdunensis per quin-
Hist. Eccles. Tom. LXV. Ss quen-

Sæc. XVII. quennium ad triremes condemnatus est, eo quod tractatum Episcopi Apamiensis *de jure Regaliæ* prælo subiecisset, & librum *innocentiæ oppressæ* recepisset, librosque pro Pontifice in eadem controversia scriptos, atque ad ipsum ex Italia missos vendidisset, & quamvis se ab hac culpa utcunque excusasset, nihilominus paulo post ad triremes ductus est, publice exclamans: *se esse Jesuitarum victimam.* Insuper Antonius Isoardus Massiliensis civis, atque Episcopi Vasoniensis Oeconomus ad annos decem, Peyssonelus vero Medicus post quindecim Mensium carcerem ad septem annos Regno exulare jussi sunt: iste quoque cum Dorato Romæ causam Episcopi Apamiensis procurante literarum commercium habuisset, hic autem, quia fasciculum libri, cui titulus: *innocentia oppressa* ad ipsum directum divulgasset: Præterea Beauissetus Ecclesiæ Cathedralis Præpositus, necnon Cabanensis supremus Vicarius Massiliensis Abbatix ad S. Victorem coram Prætoribus Le Bret comparere jubebantur, quia quosdam libros a Peyssonelo recepissent.

Eodem hoc anno Radulphus Foi Bellovacensis Canonicus ultionis libidine excæcatus de conspiratione adversus Regem, ac regimen sex Canonicos

nicos accusaverat, ex quibus quatuor Sæc. XVII.
ad Vicennenses, ceteri vero duo ad A. C. 1689.
Bastiliæ carceres fuere abstracti, di-
scussa autem eorum caussa, & cognita
illorum innocentia omnes sex libertati
restituti, Radulphus vero laqueo mul-
tatus est.

§. LXXXIII.

*Leopoldus Comes de Castell ad fidem
Catholicam reversus.*

Hoc item anno Leopoldus Fridericus
Comes in Castell ejurata Lutheri
secta ad veræ fidei lumen revocatus est.
Hic Patrem habuit Fridericum Magnum
linæ Reinlingensis Comitem, qui cum
per Gallias peregrinaretur, agnita sectæ
suæ falsitate Parisiis fidem Catholicam
amplexatus est: inde vero redux a Cæ-
sare inter Cubicularios annumeratus,
Legionem Equestrem contra Turcas at-
que Imperii hostes supremus copiarum
Præfectus duxerat: postea anno hujus
sæculi septuagesimo octavo die vige-
sima quarta Decembris Susannæ Joan-
næ Oetingensi Comitissæ matrimonio
junctus anno sequenti Filium Leopoldum
Fridericum ex ea suscepit: cum
autem Mater Lutheri erroribus adhuc-
dum immortua esset, Parentum suasu
Filium suum adhuc tenellum Mater-

Sæc. XVII. teræ suæ, quæ Eberhardi III. Wirten-
A. C. 1689. bergensis Ducis Vidua erat, educan-
 dum, atque in Lutherana religione in-
 stituendum tradidit: miseram tamen
 sortem Filii sui misertus Pater rem eo
 deduxit, ut inopinata non minus, quam
 pia fraude Leopoldus Fridericus Vien-
 nam deduceretur, ac sensim Catholicæ
 fidei præceptis egregie imbutus, fidem
 Catholicam profiteretur. Inde vero
 quæstus & lamenta Protestantium Or-
 dinum, qui ad Cæsarem rem deserunt,
 summisque precibus instant, ut iniquis-
 simam vim ulcisceretur, eoquod inter
 pacta nuptialia præcipue inter rapti
 Filii Parentes cautum fuisset, ut filii
 nulla alia, quam Lutherana reli-
 gione imbuendi essent: cum autem
 Leopoldus Fridericus ipsemet ab hac
 secta se abhorrere profiteretur, ipse in
 Italiam deportatus est, frustra recla-
 mantibus Lutheranis. Obiit Ludovi-
 cus Fridericus gloriose in prælio Lan-
 dauensi anno sequentis sæculi secundo.

§. LXXXIV.

*Guilielmus III. Auriacus Princeps in
 Angliæ Regem proclamatus.*

*Rapin Hist.
 d'Angl.
 tom. 10.
 Hist. des re-
 vol. t. 2. p. 42.*

Ineunte hoc anno Guilielmus III. Au-
 riacus Princeps in Angliæ Regno
 perhonorifice exceptus, totus in eo
 erat

Sæc. XVII.
A. C. 1689

erat, ut omnem usurpandi sceptri sus-
spicionem a se amoliretur; quocirca
coram Senatu recens convocato de-
claravit, se duntaxat eo fine in Regnum
penetrasse, ut populum Anglicanum a
Papismi jugo & tyrannide liberaret,
ac fundamentales Angliæ leges hæc-
tenus violatas resarciret, id autem cum
jamjam effecisset, se lubenter Hagam
reversurum, nec se velle acceptare re-
gimen precarium, atque a vita & im-
perio suæ Conjugis dependens, prout
quosdam Senatores decrevisse, com-
periisset: si vero sibi totam auctoritatem
Regiam concedere tergiversarentur, se
compulsam iri, ut Anglos suos alias
sibi fidos Regi ab eis tam acerbe vexato
necnon Papistis traderet. Huic Prin-
cipis declarationi optatus allusit even-
tus; die enim septima Februarii Sena-
tus decidit, Jacobum II. eo quod An-
gliæ leges & pacta inter ipsum & po-
pulum instigantibus Jesuitis violasset,
necnon e Regno excessisset, sua fuga solio
nuntium misisse: ne vero genuinam hujus
decisionis rationem celarent, insuper
die decima sexta Decembris declara-
runt, *nullum Principem Romano - Catholi-
cum, nullam Principem religione Catholicam
unquam aliquid juris imposterum ad An-
gliæ Regnum habituros: die autem de-*
cima

Sæc. XVII. cima septima ejusdem Mensis Auriacum
A. C. 1689. Principem, ejusque Conjugem Mariam
 in Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Reges
 proclamarunt, quin solliciti essent, quo
 jure vivente adhuc Rege Auriacus sce-
 ptrum acceptare potuerit & an Sena-
 tus de folio disponendi jus habuerit:
 circa has quæstiones pene innumeri
 vulgabantur libri, quibus tamen nec
 Anglorum rebellio, nec Principis usur-
 patio obvelari poterat; etiamsi enim
 Jacobus II. Rex re ipsa supremæ suæ
 auctoritatis limites contra patrias leges
 extendisset, nonne ipsemet sua decreta
 hisce legibus adversa revocavit, Con-
 siliarios suos, qui tanti mali Authores
 credebantur, a se amovit, necnon a
 subditis suis veniam gratiamque petiit?
 Aufugit quidem Rex e Regno, sed
 nonnisi metu compulsus, a suis dere-
 lictus, ab inimica classe profligatus, at-
 que a suo Regni Competitore pressus:
 Num coacta ejusmodi fuga pro volun-
 taria sceptri renuntiatione habenda?
 Num æquitati consonum est, potestatis
 excessum ipsa Regni spoliatione mul-
 ctare? quo jure, ipso Rege adhuc præ-
 sente, utpote ex fuga retracto, Angli
 Auriaco præcipuum supremæ potestatis
 actum, scilicet Parlamenti convocatio-
 nem vindicare, eumque Jacobo subro-
 gare poterant? qua æquitatis specie
 Auria-

Auriacus Regem arctius custodire, Sæc. XVII.
 cunctos a suo alloquio arcere, & literas A. C. 1689.
 intercipere, ejusque solium tanquam va-
 cans declarare poterat? An thronus va-
 cat, quando successio est hæreditaria,
 & supersunt hæredes? num Patre fors
 peccante, ac profugo Jacobi II. Filius
 Regno sese abdicavit? num ipsi volun-
 taria fuit ejus in Franciam translatio?
 Esto, dubitatum fuisse de legitimis ejus-
 dem natalibus: cur Angli hoc dubium
 dissolvere neglexerunt, cur indicta caus-
 sa eum æque ac ejus Patrem a solio ex-
 cluserunt? cur sceptrum non devolve-
 runt ad natu majorem Jacobi Filiam,
 cur non ad secundo genitam? Fatean-
 tur Angli, se ad naturæ leges tam e-
 normiter violandas, ac tot calumnias
 & injurias nullatenus a legitimo regiam
 potestatem coercendi studio, sed a fa-
 natico Religionis Catholicæ odio im-
 pulsos fuisse. Tantum odium fidei po-
 tuit suadere malorum.

§. LXXXV.

*Infustum Jacobi II. Regis bellum
 contra Anglos.*

Nil aliud Jacobo Angliæ Regi super-
 erat, nisi ut sceptrum sibi inique
 ereptum armis recuperaret: quocirca
 die septima Januarii non sine maximo

Quincy t. 3.
 pag. 146.
 Theatr. Eu-
 rop. t. 13.
 pag. 949.

Ss 4

liber-

Sæc. XVII. libertatis, vitæque periculo unacum
 A. C. 1689. Principe Walliæ in Franciam delatus,
 a Galliarum Rege suppeticas exoravit,
 ipse vero die decima septima Martii in
 Scotiam, atque Hiberniam exscensio-
 nem facere constituit; noverat enim,
 Edinburgensem arcem, validasque co-
 pias sub Comite Dondeo, imo totum
 pene Hiberniæ Regnum sibi hæcenus
 constanti fide adhæsisse: Præmisit igitur
 ad eos literas, quibus illos ad rem
 fortiter gerendam, rebelles vero ad
 innovandam fidelitatem hortabatut: in-
 super, summi Pontificis, Cæsarisque
 opem implorabat, hic vero Gallorum
 invasionem, iste autem suppeticas in
 bellum Turcicum obtendebant: nonnisi
 exigua prorsus auxilia Rex ab Etrusco,
 Parmensi & Mutinensi Ducibus obti-
 nuerat, validior erat Gallorum classis,
 quacum Jacobus Britaviensi portu sol-
 vit, secundoque Austrorum flatu die
 vigesima secunda Martii Kinsaliam in
 Hibernia appulsus, indeque continuato
 itinere Dublinum delatus, maximo
 non modo Tyrconelli Proregis & Ca-
 tholicorum sed & Protestantium, qui
 Anglorum jugo liberari sperabant, ju-
 bilo exceptus est. Ibi Rex ad diem
 decimam Maij Parlamentum indixit,
 cunctisque Protestantibus, si intra qua-
 draginta dies ad obsequium redirent,
 veniam

*Burnet t. 3.
 pag. 37.
 Salmon hist.
 d' Angl.
 pag. 435.*

veniam pollicitus est, rebellibus vero Sæc. XVII.
 arma auferri jussit, eoquod Guilielmus A. C. 1689.
 Princeps prius idem Londini erga Ca-
 tholicos fecisset: postea unacum co-
 piis, quas ibi in obsequium suum pa-
 ratas reperit, Boreales versus Insulæ
 partes progressus, Londonderiam ur-
 bem, quæ Protestantium præsidio te-
 nebatur, obsedit, ac Jernum Urbem
 ad ultroneam deditioem promissis in-
 duxit. Attamen magni operis erat
 oppugnatio Londonderianæ Urbis, cu-
 jus præsidarii secta Calvinistæ etsi fame
 rerumque inopia pene consumpti essent,
 potius mortem oppetere, quam Ca-
 tholici Regis imperio subesse constitue-
 runt; unice Jacobo spes erat in Ve-
 redeo Urbis Governatore, qui cum
 Hibernis clandestina foverat consilia,
 quibus tamen detectis Calvinistæ Gu-
 bernatori capto, Walkerum Prædican-
 tem subrogarunt, cujus sermone, at-
 que exemplo animati, necnon milite
 & annona refecti, frequenter tantoque
 successu eruperunt, ut Regii oppugna-
 tione jam ad centum quinque dies pro-
 tracta demum die trigesima prima Julii,
 desideratis suorum novem millibus ob-
 sidionem solvere cogerentur. Gordo-
 nius quoque Marchio arcem Edinbur-
 gensem in Scôtia longa obsidione fati-
 gatam, vicinique auxilii spe destitutam
 die

Sæc. XVII. die vigesima quarta Junii rebellibus de-
 A. C. 1689. dere coactus est. Interim duodecima

Maij die Castri-Reginaldi Comes cum nova classe, copiis, aliisque suppetiis instructa portu solvit, atque in itinere Herberto Angliæ Archithalasso, qui viam ei præpedire tentaverat, conferto prælio septem naves eripuit, Macartius quoque Dux Scotis Jacobo adherentibus & Hibernis auctus, die sexta Augusti Anglos insigni clade fudit: desiderato tamen Dondeo Comite, qui Regionum Ductor belli peritia, & fide in Regem suum nemini secundus erat, infausto prorsus Marte Regii in Hibernia dimicabant; Londondria enim Anglis dedita insuper in rebellium partes secessere Cariofergusium, Unterfordium, omnesque ferme Hiberniæ Urbes, quibus nova auxilia ex Anglia sub Schombergio Duce accesserant, unde Protestantes magno numero a Jacobi signis defecere, & Catholici soluto exercitu sese in tuta aliquot loca recipere compulsi sunt.

§. LXXXVI.

Caroli Pii Cardinalis obitus.

Old. in add. ad Ciacon. Prævenerat Innocentii Papæ obitum Carolus Pius Cardinalis, qui patria Ferrariensis humaniores literas pater-
 nis

nis in ædibus didicit, ac Clericali mi- Sæc. XVII.
 litæ adscriptus, Romam ad Cardina- A. C. 1689.
 lem Pium Patrum suum concessit, ubi
 omni scientiarum sacratorum genere
 egregie instructus, ingenium suum om-
 nigena eruditione, antiquitatum noti-
 tia, & linguarum peritia excolere
 statuit, eapropter Galliam, Angliam,
 Belgium, Germaniam & Poloniam e-
 rudita curiositate peragravit. Romam
 redux, cum Martialem præferret ani-
 mum, ab Urbano VIII. Tribunus legio-
 nis constitutus est, atque adversus Eccle-
 siæ hostes fortiter pugnavit, in prælio
 tamen apud Moncessinum captus, non-
 nisi pace confecta libertati redditus est,
 qua obtenta Sacerdotio initiatus, Ro-
 mæ ab Innocentio X. Cameræ Aposto-
 licæ Clericus, Ecclesiæ Romanæ the-
 saurarius, ac demum Cardinalis renun-
 tiabatur, cujus promotio Romanis &
 Ferrariensibus adeo grata exstitit, ut
 in amoris pignus Ferrariensis Senatus
 eidem munus mille aureorum exhiberet,
 quod tamen donum Carolus in paupe-
 res concives distribuendum remisit.
 Postea ab eodem Pontifice Legatus
 Apostolicus Urbini Ducatum, atque
 Episcopus Ferrariensem Ecclesiam sum-
 ma cum laude & animarum profectu
 aliquot annis moderabatur, dimisso
 autem hoc Episcopatu Romam rever-
 sus,

Sæc. XVII. A. C. 1689. fusus, S. R. Imperii Protector declaratus est, ob morum gravitatem, comitatem, Justitiam, eruditionem, constantiam. veritatis amorem, aliasque præclaras animi corporisque dotes ab omnibus maximi habitus. Tandem vero Romæ die decima tertia Februarii rebus humanis valedixit, anno ætatis suæ sexagesimo septimo.

§. LXXXVII.

Decii Azzolini Cardinalis extrema.

*Morc. Hist.
Priorat. vit.
della Reg.
Christ.*

Hunc pari mortis necessitate sequebatur Decius Azzolinus patria Firmanus, qui ab ineunte ætate tam humanioribus, quam severioribus scientiis apprime excultus, ex patria sua Laureatus Romam contendit, ubi sub Jacobi Panziroli disciplina ad gravissima negotia dextere expedienda eruditus, eidem in Legationis Hispanæ socium atque Administrum ab Urbano VIII. datus est, ob excelsi ingenii præstantiam, candidos mores, probatamque in omnibus fidem, tam præclaram nominis famam adeptus, ut ab Innocentio X. gravissimis negotiis, & arcanis Principum literis exarandis, necnon arduis Sedis Romanæ causis pertractandis adhiberetur: postea variis, iisque per honorificis æque ac onerosis officiis honora-

noratus, primo *Status*, ut vocant, *Secretarius*, demum Cardinalis nominabatur, quo in munere præ ceteris virtutibus præcipue animi fortitudine & magnanimitate excellens, generoso propriæ famæ, utilitatisque contemptu ab æquitatis femita, nec donis, nec minis aut metu unquam abduci poterat, in una Sedis Apostolicæ fide, servandaque justitia totum suum reponens honorem, utilitatemque. Effulsit quoque in eo rara gratitudo, adeo, ut passim diceretur: *in Azzolino nihil perdi*. Seligebatur etiam ab Alexandro VII. ut negotia, remque domesticam Christianæ Suecorum Reginæ procuraret, a qua ob ejus integritatem, sollicitudinem, & fidem tanti habitus, ut Regina suam testatura gratitudinem paulo ante obitum suum eundem selectissimæ suæ Bibliothecæ, Aulæorum ac statuarum hæredem scriberet: Nec deerant tamen Azzolino inter limpidas blandientis fortunæ undas turbidæ calamitatum, & invidiæ sæces; non raro enim Aulicæ factiones eum summis Pontificibus, apud quos magna valebat gratia, variis calumniis exosum reddere satagebant, ipse vero adversis omnibus major, semper propriis meritis alienas criminationes elusit: tandem vero die octava Junii annos natus sexa-

Sæc. XVII.

A. C. 1689.

Sæc. XVII. sexaginta sex Romæ ex hydropisi de-
A. C. 1689. cessit: Quam immerito autem nullis
 dotibus præclaris præfulsisse, imo serios
 labores abhorruisse, & nonnisi varii
 generis oblectamenta quæsiisse, a suis
 æmulis carpatur, luculenter apparet ex
 eo, quod novem, iisque præcipuis Pa-
 trum cætibus summa religione, fide &
 integritate interfuerit, posterisque re-
 liquerit manuscripta quamplurima ad
 utrumque jus spectantia, præter egre-
 gium volumen epistolarum, & plures
 orationes, carmina, atque inscriptiones,

§. LXXXVIII.

Christinæ Suecorum Reginae decessus.

Hode vie de Louis XIV. lib. 46. Larrey t. 2. pag. 108. Jam supra memoravimus, quod Chri-
 stina Suecorum Regina abdicato Re-
 gni sceptro sectæ suæ falsitatem vi pro-
 prii ingenii, acrique S. Scripturæ &
 Patrum studio detexerit, ac fidem Ca-
 tholicam Bruxellis professâ fuerit, inde
 vero Romam profecta hoc anno die de-
 cima nona Aprilis ibidem anno ætatis
 suæ sexagesimo tertio ad immarcessibi-
 lem cæli coronam pia morte evocata
 est. Animam agenti Decius Azzoli-
 nus Cardinalis adfluit, eidemque Sacra
 Ecclesiæ Sacramenta præbuit, firma-
 tamque Divino epulo ejus animam Deo
 commendavit. Vix ullam in Historia
 Foemi-

Sæc. XVII.
A. C. 1689.

Fœminam Principem reperire est, cuius vitam plures panegiristæ summis elogiis extulissent, pluresque æmuli atrocioribus calumniis pro suo quisque studio infectati essent, ut de ejusmodi Historicis dicere fas sit: *qualis Vir, talis oratio*. Ceterum tam illustris Heroinæ ingenio, eruditione & pietate nulli comparandæ conversio acerbissimum Protestantibus dolorem inussit, quem ut lenirent, nil aptius censebant, quam ipsius mores atris coloribus depingere, ejusque conversionem sinistra interpretatione contaminare: ipsam Regni abdicationem adscribunt animi levitati, inconstantix, vanitati, curiositati, & varias regiones lustrandi desiderio, Forte retento folio Christina hanc curiositatem pascendi occasionem non habuisset? Fingunt alii Reginam hanc sceptro nuntium misisse, ut otio, vitæ licentiæ, suoque genio liberius indulgere posset: Notatur ab aliis tanquam fœmina in conversatione nimis libidinosa, in sermone procax, & incitandis Petronii & Martialis scurrilitatibus fœcunda, & quoniam animi celsitudinem muliebri imbecillitate suoque sexu superiorem præferret, hanc Protestantes ad dissolutam superbiam trahunt, qua fœminas omnes, quasi sexus puderet, exosa cum solis Viris conversabatur,

Sæc. XVII. batur, & virili habitu induta, nequi-
 A. C. 1689. dem mulierum more salutationes facere
 dignabatur: His pluribusque aliis anni-
 libus fabulis tantæ Reginæ famam la-
 cessere, Protestantes haud puduit, cum
 tamen eorum, qui diu Romæ ejus con-
 fortio fruebantur, testimonio comper-
 tum sit, illam per plures annos incul-
 patis moribus, imo inter religiosissimæ
 pietatis exercitationes consenuisse: re-
 ipsa enim a Scriptoribus omni fide di-
 gnis summis laudibus celebratur ob Re-
 ligionis Catholicæ studium, & constan-
 tiam, integritatem, pudicitiam, cæli-
 batum, sapientiam, aliasque virtutes:
 Certe Princeps erat doctissima, & su-
 pra sexus sui conditionem omnibus ar-
 tium, præcipue Chymicæ, scientia-
 rumque disciplinis longe ornatissima.
 Varias præter Græcum & latinum idio-
 ma linguas callebat, tantaque facili-
 tate, & concinnitate quamlibet loque-
 batur, acsi nativæ essent. Solita erat
 diei horas assidua lectione, & grata
 cum Eruditis conversatione absumere:
 quicquid in humanioribus literis ele-
 gans, in Oratoribus eloquens, in Poe-
 tis ingeniosum, in Philosophis tam an-
 tiquo quam recentiore systemate versa-
 tis solidum, in Historicis eruditum,
 atque in Ascetis pium erat, id omne
 tanquam suum possidebat, potissimum
 tamen

tamen temporis partem Religionis exercitiiis sacrabat: Eodem pietatis sensu, ut viginti Sacrorum millia post ejus obitum pro expiandis vitæ suæ noxis celebrentur, testamento caverat, & varia Legata suis Domesticis, aliisque assignaverat: gazophylacium vero suum longe celeberrimum, cujus curam Franciscus Camelus gesserat, omniumque rerum indicem concinnaverat, Azzolinus Cardinalis vendidit, ut creditoribus satisfieri posset, quapropter incassum Brandeburgicus Orator sui Electoris, Regisque Sueci nomine cimelia, gemmas, aliasque hujus generis ab eadem relictas opes repetere nitebatur. Ceterum hujus Reginæ Cadaver jussu Innocentii Pontificis erecto mausolæo prorsus Regio sepultum quiescit in Basilica Vaticana, in qua tamen præter summos Pontifices, & Mathildem Reginam hucusque nullus tumulari consuevit.

Sæc. XVII.
A. C. 1689.

§. LXXXIX.

Aliorum Principum extrema.

Hoc item anno die undecima Februarii Madriti post brevem periodum ægritudinis, quam ex nimis præfervida venatione contraxerat, Maria Ludovica Hispaniarum Regina, vix vigesimum

Theatr. Europ. t. 13.

Hist. Eccles. Tom. LXV. Tt mum

Sæc. XVII. A. C. 1689 mum ætatis annum egressa, vivis erepta est; cum autem cum Carolo Regio Marito suo sterile duxisset conjugium, hic paulopost Marianam Neoburgensem Eleonoræ Imperatricis Sororem sibi matrimonio junxit, & dotem, gemasque Aurelianensi Legato restituere coactus est. Obiit etiam Julius Franciscus Saxo Lauenburgicus Dux nullo relicto Filio, unde lites de adeunda hæreditate multæ gravesque, hunc quoque paulopost sequebatur Adolphus Joannes Comes Palatinus Rheni Bispontinus, necnon die sexta Augusti Dorothea Friderici Guilielmi Brandeburgici Electoris Vidua, & die decima quarta ejusdem Mensis Christina Carolina Daniæ Regis Filia, cujus obitum præcesserat Mariana Josepha Austriæ Archiducissa, ac Palatini Principis conjux, quæ decima quarta Aprilis mortalia explevit.

§. XC.

Varie Innocentii XI. & Alexandri VIII. Pontificum Constitutiones.

Bullar. magn. t. 7.

Exiguo ante obitum tempore scilicet vigesima octava Junii die Innocentius XI. varia adhuc edidit decreta, quibus tribunalium corruptelas tollere lata.

fatagebat: Ejus vero Successor Alexander VIII. edita Constitutione Bullam Coenæ confirmavit, ac pro more Regulas Cancellariæ innovavit, diversasque gratias Conclavistis & Dapiferis indulgit, simulque Jubilæum promulgavit. Postea alio decreto declaratum, quod Electus in Abbatem Cisterciensem, qui non sit expresse professus hunc Ordinem, nihil juris acquirat. Denique Pontifex exemptiones a vectigalibus, aliisque oneribus publicis revocavit,

Sæc. XVII.
A. C. 1689.

§. XCI.

Plures Sacrarum Congregationum decisiones.

Præter varia SS. Congregationum decreta Sacra Concilii Congregatio die duodecimo Februarii declaravit, quod in supplicationibus peragendis extra ambitum Ecclesiarum, in expositione Eucharistiæ, Benedictione sollemni super populum, aliisque similibus, quoties intervenit licentia Ordinarii, Parochus non possit sese opponere, ne a Capellanis & Officialibus Confraternitatum fiant, quia Animarum cura & populi directio principaliter incumbit Episcopo, qui est Parochus Parochorum. Die autem decima quarta

*Decif.
S Congr.
Concil. Rit.
Etc.*

Tt 2

Martii

Sæc. XVII. Martii S. Rotæ Judices deciderunt,
A. C. 1689. quod Episcopus reservatis sibi tantum
~~Episcopis~~ Pontificalibus, concedendo Abbati om-
nimodam Jurisdictionem & merum,
mixtumque spirituale Dominium, di-
catur se spoliasse omnibus iis, quæ sunt
jurisdictionis, & quorum Prælati sunt
capax. Sacra item Rituum Congrega-
tio die decima octava Junii statuit, ut
Missa Conventualis canenda sit post
Tertiam, non autem absolutis omnibus
Horis Canonicis, non obstante contra-
ria consuetudine. Eadem quoque Con-
gregatio die trigesima Julii a quibus-
dam Canonicis interrogata respondit,
quod quando occasione belli Turcici
dicitur Collecta vel Missa contra Paga-
nos, non possit mutari nomen *Paganorum*,
dicendo *Turcarum* vel *Hæreticorum*:
statutum insuper, quod Canonici
Sacerdotes, quamvis possessione Cano-
nicatus posteriores, ubi Præbendæ non
sunt distinctæ, semper & ubique præ-
ferendi sint Canonicis inferioris Ordinis
etiam possessione Canonicatus anterie-
ribus, non obstante abusu contrario:
Vicario autem Generali quotidiano ha-
bitu induto, sive sit Protonotarius cum
Rocheto & Mantelletto, danda sit
præcedentia semper & ubique super
omnes dignitates & Canonicos, dum-
modo non sint Sacris vestibus induti.
Deni-

Denique die vigesima sexta Novembris Sæc. XVII.
 S. Concilii Congregatio declaravit, A. C. 1689.
 quod Regulares Monialium Confes-
 sarii etiam extraordinarii debeant ha-
 bere ætatem quadraginta annorum.

§. XCII.

*Scriptorum religione Catholicorum
 decessus & opera.*

Paucorum, qui ex Scriptoribus Ca-
 tholicis hoc anno obiire, opera re-
 censere haud ingratum erit, hos inter
 primum locum occupat Gilbertus Choi-
 seulius Tornacensis Episcopus, cujus
 Pastoralem sollicitudinem abunde testan-
 tur frequentes ejusdem Synodi, erecta
 Seminaria, & restaurata Cleri sui di-
 sciplina. Edidit elegantissimum librum
 de religione contra Atheos, & Prote-
 stantes: cum vero librum, cui titulus
*Monita salutaria B. V. ad Cultores suos
 indiscretos* approbasset, & nonnulli
 contra hunc librum calamos suos acuis-
 sent, hinc suam vindicaturus approba-
 tionem, suumque gregem circa hunc
 cultum instructurus, scripsit Epistolam
 Pastoralem, in qua acriter invehitur
 in eos, qui docent, *Deum non inveniri,
 nisi per Mariam.* Vulgavit etiam epi-
 stolam latinam ad Steyaertium Lov-
 nensem Doctorem circa potestatem

*Du Pin Bibl
 nouv. t. 18.
 pag. 177.
 Mem. des
 Hom. Ill.
 t. 2. p. 245.*

Sæc. XVII. Ecclesiasticam. II. Emericus Bigot
 A. C. 1689. qui textum Græcum vitæ S. Joannis
 Chrysofomi, a Palladio scriptæ, &
 versionem unacum variis Græcorum
 veterum operibus edidit præter varias
 epistolas: insuper ad ultimam limam
 revocavit plurima opera, quæ tamen
 nonnisi sub Amicorum suorum nomine
 typis edi voluit: Post ejus obitum Ba-
 fileæ prodiit ejus epistola ad Tullensem
 Episcopum contra Abbatis San- Cy-
 rani librum, cui titulus; *Casus Regius*.
 III. Jacobus Langela Benedictinus ex
 Congregatione S. Mauri elucubravit
 Historiam S. Sudarii Compendiæ.
 IV. Petrus Hallæus edidit Institutio-
 nes Canonicas, Elogium Gabrielis
 Naudæi &c. præter plures orationes
 & poemata. V. Dominicus Ferdinan-
 dus Navarrete Ord. S. Dominici Sinen-
 sis Missionarius, qui novem tractatus
 historicos de Monarchia Sineusi & Cultu
 Confutii, eorumque apologiam, nec-
 non responsum ad tractatus Patris Mo-
 rales Jesuitæ prælo subjecit præter alia
 opuscula quamplurima. VI. Saturni-
 nus ab omnibus Sanctis Carmelita Ex-
 calceatus edidit Antiquam Romam ab
 Evangelii prædicatione sanctificatam,
 Novam Romam seu descriptiones Tem-
 plorum &c. Meditationes pro Sanctis, ob-
 ligationes vitæ Religiosæ, & tractatum
 de

de vero spiritu Orationis, necnon de Sæc. XVII.
 vero ac falso interesse. VII. Josephus A. C. 1689.
 a S. Maria ex eodem Ordine Episcopus
 Tiphernatensis scripsit geminam expeditio-
 nem ad Indias Orientales, tractatum de consolatione ad Episcopos, vi-
 sitationem Ecclesiarum Archipelagi,
 Philoteum mortis præter varias Con-
 ciones. VIII. Antonius Marinarius
 Carmelita Tagastæ Episcopus elucu-
 bravit disputationem de fide, spe &
 Charitate, dissertationem de opinione
 probabili, tres tomos sub titulo: *Ve-
 rus Augustinus contra Jansenium*, The-
 ses de Beatificatione, præter orationes
 panegyricas & funerales.

§. XCIII.

*Opera & obitus Scriptorum Acathe-
 licorum.*

Ex Scriptoribus Aatholicis hoc anno
 defunctis occurrit. I. Matthias Zim-
 merman, qui posteris reliquit Historiam
 Eutychnam, dissertationem ad dictum
 Tertulliani: *Christiani fiunt, non nascun-
 tur*, tractatum de Montibus pietatis
 Romanensibus, planctum Misanensem,
 analecta menstrua eruditionis Sacræ
 & profanæ, amœnitates Historiæ Ec-
 clesiasticæ, Florilegium Philologico-
 Historicum, & tractatum de Presbyte-
 rissis

*Czwitt. spec
 Hung. lit.
 Witte Diar
 Biog.*

T t 4

rissis

Sæc. XVII. A. C. 1690. rissis veteris Ecclesiæ. II. Joannes Rabban scripsit præter Juridica tractatum de Jure sepulcrorum, de jure legationis, de necessaria defensione, de interdictis, de Tutela & cura, & de relaxatione a juramento præstito. III. Daniel Sennerus scripsit tractatum de bene vivendi, moriendique ratione, & de origine animarum in brutis. IV. Jacobus Richmanus vulgavit Breviarium Theologiæ controversum, Concionatorium super dicta Biblica, & disputationes de Crucis titulo, de Sibyllis & de Neo-Baptismo, V. Henricus Rothius publici juris fecit dissertationes de pœnitentia & voluntatis mutatione, de imperio paris in parem, & de fidei jussoribus delinquentium.

§. XCIV.

*Undecim Præfules ab Alexandro VIII.
Purpura Romana decorati.*

*Gottfrid.
cont. Hist.
Chron. l. II.
pag. 417.*

Ineunte anno hujus sæculi nonagesimo die decima tertia Februarii Alexander VIII. Pontifex Maximus habito Patrum Senatu undecim Præfules Sacro Purpuratorum Collegio adscripsit, quorum primus erat Jacobus Cantelmus Pontificius Internuntius in Polonia, patria Neapolitanus. II. Ferdinandus Dada Mediolanen-

lanensis Legatus Apostolicus in Anglia Sæc. XVII.
 apud Jacobum Regem. III. Joannes A. C. 1690.
 Baptista Rubini Venetus. IV. Joannes
 Baptista Costagutius origine Ro-
 manus, sed Genuæ natus. V. Carolus
 Bichius Senensis. VI. Joannes Rena-
 tus Imperiali Genuensis. VII. Ludo-
 vicus Homodei Mediolanensis, Episco-
 pus Tricaricensis Cardinalis Diaconus.
 VIII. Joannes Franciscus Albani Urbi-
 nas. IX. Franciscus de Judice patria
 Neapolitanus Camerae Clericus. X.
 Bandinus Pancciati Florentinus. XI.
 Toustant Janfon de Furbin natione
 Gallus Bellovacensis Episcopus.

§. XCV.

*Controversia Leopoldi Cæsaris cum
 Pontifice ob hanc Cardinalium
 promotionem.*

Quamprimum novæ horum inaugura- Theat. Eu-
 tionis fama Viennam & Madritum rop. t. 13.
 pervenerat, mox Leopoldus Imperator pag. 1339.
 & Carolus II. Hispaniæ Rex graviter Jæger. Hist.
 contra Alexandrum Papam quereban- Eccl. l. 10.
 tur, eoquod nullum ex Germana & Hi- pag. 74.
 spana Natione elegisset, spretisque
 utriusque Principis commendationibus,
 ex recens electis Cardinalibus non pau-
 cos nominasset, qui non sine utriusque
 Coronæ, imo ipsius etiam Sedis Apo-
 stolicæ

T t 5

Sæc. XVII. stolicæ præjudicio nimium Gallis fa-
A. C. 1690. rent, seque Politicis illius temporis
 negotiis plus æquo ingerent: Displi-
 cuit autem præ ceteris electio Furbini
 Cardinalis, eoquod hic idem ante octo
 annos in Parisino Cleri Gallicani con-
 ventu partes Regias in controversia circa
 Regalia defendisset, & infallibilitatis
 prærogativam summo Pontifici abjudi-
 casset. Eapropter Leopoldus alias mi-
 tissimus Imperator graves admodum li-
 teras summæ suæ indignationis testes
 ad Medicæum Cardinalem die quarta
 Aprilis perscripsit, hujus tenoris:

„Dilectionis vestræ de nova Cardi-
 „narium promotione nuperrime ad nos
 „datas literas recte accepimus: ex qui-
 „bus fusius intelleximus, ex Nostris,
 „aut ex natione Germanica, neminem;
 „Bellovacensem vero Gallum, non ob-
 „stantibus prægnantissimis remonstra-
 „tionibus nostris, in ea comprehensum
 „esse. Quam ea res merito animum
 „nostrum graviter commoveat, dilectio
 „Vestra in literis suis sese præsentire
 „non obscure insinuat: Et vero celare
 „tandem non possumus, quod uti a
 „Sanctitatis suæ prudentia omnino no-
 „bis persuaderemus, præcipuam illius
 „hoc tempore curam fore, ut commu-
 „nem se Patrem, & in utramque par-
 „tem æqualiter saltem propensum osten-
 „deret;

„deret; nihil nobis inexpectatius, & Sæc. XVII.
 „molestius accidere potuisset, tam par- A. C. 1690.
 „tiali promotione, quæ sive Galliarum
 „Regis intuitu, sive, ut ex ore Sancti-
 „tatis suæ scribit dilectio vestra, ex
 „particulari in Bellovacensem propen-
 „sione, acta sit, non potest non esse
 „cum summa dignitatis personæ nostræ
 „injuria conjuncta. Si enim apud
 „Sanctitatem suam tantum valuit Gal-
 „lorum Regis respectus, ut Gallum ad
 „Collegium Cardinalitium adsumeret;
 „postulabat non minus antiquus in Ec-
 „clesia mos, & justus decor, ut nostri
 „ratio haberetur, neque, qui dignitate,
 „& (absit jactantia) meritis in Eccle-
 „siam, sanctamque Sedem priores su-
 „mus, tam indigne postponeremur aliis:
 „Si vero ea promotio particularis suæ
 „Sanctitatis in Bellovacensis personam
 „affectui adscribi debet; nonne Nos
 „merito acerbius pungit, tam exiguo
 „nos esse apud suam Sanctitatem pre-
 „tium, ut privatum non tantum, sed e-
 „tiam inimicum domus nostræ, & Re-
 „bellium quondam nostrorum fautorem
 „incentoremque, consequenter Turcicæ
 „invasionis, & Provinciarum nostrarum
 „desolationis Authorem, infamem olim
 „nostrum, imo & sacri foederis, sub
 „auspiciis Sanctissimi nuper defuncti
 „Papæ, pro defensione Christianæ Rei-
 „publi-

Sæc. XVII. „publicæ, uti & ipsius denique Aucto-
 A. C. 1690. „ritatis Pontificiæ, oppugnatorem a-
 „cerrimum, nobis præhabeat: Nemo-
 „que in Imperio Romano Germanico, aut
 „provinciis nostris hæreditariis repe-
 „riatur, qui æque ac ille Pontificia
 „propensione dignus sit. Mirari licet,
 „unde illa subita Sanctitatis suæ in Bel-
 „lova censem nunquam visum, tam sin-
 „gularis propensio orta sit; ut, post-
 „quam non multis ante mensibus Car-
 „dinalis pie defuncto Pontifici om-
 „nium applausu Auctor fuerat, ne Bel-
 „lovacensem, tot nominibus in Apo-
 „licam sedem reum, Cardinalitia di-
 „gnitate, tametsi tunc ad eam a Sere-
 „nissimo Domino Poloniæ Rege nomi-
 „natum, ornaret; nunc, etsi ipse Po-
 „loniæ Rex, referente Domino Cardi-
 „nale Cantelmo, ejusdem Commem-
 „dationi non amplius institerit, cum
 „præteritione aliarum nationum, & im-
 „primis Germanicæ Prælatorumque
 „tota vita de Ecclesia optime merito-
 „rum, ceu omnibus eminentiorem, nulla
 „nostri habita ratione, ultro præferat.
 „Caussam justam cum nemo divinare
 „possit, ipsi Galli tandem effutiunt;
 „quam utpote Sanctitati suæ inprimis
 „injuriam, & omnibus scandalosam,
 „vix sine horrore audire potuimus,
 „adeoque nec credere volumus: Inte-
 „rim

„rim tamen stupent boni, & derident sæc. XVII.
 „mali, hunc esse præcipue nostri erga A. C. 1690.
 „sanctam sedem studii, & observantiæ
 „fructum, ut nobis, pro libitu quasi,
 „& sine ulla hælitatione, ambitioni
 „hostium nostrorum litare velit. Vide-
 „licet, dilectio vestra ex adjuncta lite-
 „rarum oratoris Gallici, de Chaunes,
 „ad Legatum Gallicum in Helvetia
 „Amelotum, Copia (quarum inter-
 „cepta Authographa Ablegato nostro,
 „Principi Lichtensteinio, transmissi-
 „mus) perspiciet: quam scenam! se
 „Romæ luisse Galli jactent, quanto-
 „pere summi Pontificis hac in promo-
 „tione erga Regem suum partialitatem
 „deprædicent, glorienturque, quod
 „nullum nobis, aut Coronæ Hispaniæ
 „æquivalens concessum sit. Quæ, cum
 „nos acerbissime mordeant, & æquo
 „animo toleranda esse, nemo justus re-
 „rum æstimator cernere possit; si alio-
 „rum exemplo, quos juvit levissimas
 „etiam offensas acerrime prosequi, tam
 „gravis, immeditæque læsionis, & in-
 „juris reparationem, sine mora, &
 „præsentibus repressaliis, exigere lube-
 „ret: Attamen, cum pro innata nostra
 „erga sedem Apostolicam observantia,
 „nos eandem suaviori potius via pe-
 „tere, & expectare malimus, quam
 „asuperioribus mediis extorquere, aut
 „Com-

Sæc. XVII. „Commercium omne cum sancta Sede
 A. C. 1690. „rumpere, visum fuit, per dilectionem
 „vestram tentare, an absque strepitu
 „satisfactio quædam pro nobis impe-
 „trari possit, quam, quo facilius Sancti-
 „tati suæ sit, in eo saltem consistere
 „cupimus, ut Galerum Cardinalitium
 „primo vacaturum, pro arbitrio nostro,
 „sive ad nostram commendationem,
 „sine præjudicio futuræ nominationis,
 „confestim concedendum permittat.
 „Id ab eadem minus denegandum con-
 „fidimus: quod ex supra allegatis Le-
 „gati Gallici literis pateat, ipsosmet
 „hostes nostros, dum nullum nobis in
 „nupera promotione æquivalens da-
 „tum esse jactabant, agnoscere, id no-
 „bis debitum fuisse; necnon ut cætera
 „prætereamus, ad ipsius suæ Sanctita-
 „tis Auctoritatem, & Reipublicæ Chri-
 „stianæ utilitatem, plurimum sane in-
 „terfit, non confirmari a sanctitate sua
 „nimix suæ erga Galliam studiositatis
 „suspicionem, neque eandem, ad com-
 „ponenda aliquando officiis suis Chri-
 „stianorum Principum dissidia, aditum
 „sibi ipsi omnino præcludere. Quare
 „a dilectione Vestra amice postulamus,
 „ut hæc omnia suæ sanctitati in ani-
 „mum serio revocare, & habita omni
 „diligentia, efficacique nihil intenta-
 „tum relinquere velit, ut si quæ apud
 „ean-

„eandem nostri consideratio superest, **Sec. XVII.**
 „hæc satisfactio præstita facillima, & **A. C. 1690.**
 „a solo suæ Sanctitatis dependens ar-
 „bitrio, nobis sine dilatione obveniat.

„Quodsi enim præter spem contin-
 „gat, nos hac etiam frustrari, tum
 „vero id haud aliter, quam in lucu-
 „lentissimum signum extremæ animi
 „Pontificii a nobis alienationis, & per-
 „sonalis contemptus, interpretari pos-
 „sumus: & nobis necessitas imponere-
 „tur, publice testatum faciendi, curam
 „nobis esse præeminentiæ, & honoris
 „nostri, observantiæque benevolentæ
 „demonstrationibus commensurandi;
 „quocirca, quæ casu insperatæ dene-
 „gationis, intentio nostra sit, præfatus
 „Ablegatus plenius edoctus est.

„Quod denique concessionem sub-
 „sidii, & Contributionis quingentorum
 „millium florenorum, in causam belli
 „Turcici, super bonis Ecclesiasticis in
 „ditionibus nostris hæreditariis atti-
 „net, illam, quia publicum, & totius
 „Christianitatis commodum spectat,
 „cum hac nostra peculiari causa con-
 „fundere nobis animus non est: adeo-
 „que, quantumvis Clerus noster se
 „præcedentibus Contributionibus plus
 „satis gravatum queratur, tamen post-
 „quam a Sanctitate sua ad Dilectionis
 „Vestriæ ædes transmissa est, congrua
 „gra-

Sæc. XVII. „gratiarum actione acceptandam po-
 A. C. 1690. „tius, quam recusandam censemus,
 „dummodo tamen illa in vicem satis-
 „factionis nostræ non reputetur. Quem-
 „admodum non ita nati, & constituti
 „sumus, ut ejusmodi sensibilem inju-
 „riam, & publicum nostri vilipendium
 „pretio, sive pecunia æstimemus, ita
 „subsidium illud eo minus apud nos
 „valere potest, ac etiam Regi Galliæ
 „majores, aut æquipollentes super bo-
 „nis Ecclesiasticis, & ipsammet Eccle-
 „siarum sacrarum supellectilem concef-
 „siones, quibus non contra Turcas,
 „sed in usum cæpti contra nos impii
 „belli utitur, impertitas, & partim
 „usitatas esse intelligimus, & absque
 „quibus Clerus noster juxta proportio-
 „nem bonorum suorum, inter Status
 „Provinciales collectari, & contribuere,
 „soleat. Id quod Dilectioni Vestræ ad
 „litteras suas solita fiducia, reponere
 „voluimus. Cui de cetero pro susce-
 „pta in se, in præfato tam promotio-
 „nis, quam Contributionis negotio
 „molestia, & ostenso Zelo gratias, quas
 „par est, amice referimus, & benevo-
 „lentiæ nostræ Cæsareæ affectum pro-
 „pense confirmamus.,

§. XCVI.

Sæc. XVII.
A. C. 1690.*Furbinus Cardinalis a Gallis Præsulibus strenue defensus.*

Verum Pontifex omnem animi aut Gallis nimium propensi aut Germanis infensi suspensionem allatis pluribus præteriti temporis exemplis, suorumque Prædecessorum gestis a se amoliebatur, simulque Cæsari respondebat, pro uno Gallo plures Austriacæ Domui addictos, atque Imperatori percharos fuisse electos. Nihilominus Romani Cardinales præsertim Cæsareæ & Hispanæ partibus addicti, contra Furbini electionem reclamabant, causantes, quod hic in censuras a Calixto III. Pio II. & Julio II. Romanis Pontificibus latus incidisset, eo quod inter illos Præsules Gallos fuisset, qui appellationem ad futurum Concilium ante biennium magno plausu multisque in Regem laudibus profecuti erant, sicque tacito saltem consensu appellationem approbassent, imo præfatus Furbinus insuper hujus appellationis tabulas suo chirographo & sigillo firmasset, proin Purpura decorari non posset, nisi exemplo Pii II, prius ipsum delicti poenitisset, suamque approbationem revocasset: Attamen Galli quantocius Furbini

Hist. Eccles. Tom. LXF. Uu pa-

Sæc. XVII. patrociniū in se susceperunt, in ejus fa-
 A. C. 1690. vorem allegantes; „a Regio Procura-

„tore Instrumentum quidem appellatio-
 „nis Episcopis prælectum, sed non
 „ideo approbatum esse. Tria enim post
 „lectam appellatianem ab Episcopis
 „præstita. „

„Primo rogasse Archiepiscopum,
 „ut eorum nomine gratias Regi age-
 „ret, quod dignatus esset, Galliæ An-
 „tistites, eorum, quæ tunc temporis
 „occurrerent, monere. „

„Deinde Vota, precesque Deo ab
 „Episcopis oblata, ut Pontifici lano-
 „centio, quæ pacis sunt, inspiraret. „

„Denique Regis pietatem, & Sa-
 „pientiam commendasse, quod Eccle-
 „siæ Pastoribus sic quidem, quæ acci-
 „derant, insinuari voluisset, ut tamen
 „plenam eis libertatem relinqueret,
 „sentiendi, dicendique, quæ in rem
 „opportuna viderentur. Hæc fuisse,
 „quæ in eo Conventu Antistites Galli
 „præstitissent. Nihil hic esse, quod
 „accusationem, multo minus, quod
 „Censuras, & anathemata mereretur.
 „Quid enim justius, quam Principi in
 „Ecclesiæ Pastores tam benigno, gra-
 „tias referre? quid æquius, quam tanto
 „Regi, belli pacisque artibus, & tot
 „victoriis florenti applaudere, ac de
 „religione & Republica tam egregie
 „meri-

„meritum encomiis prosequi? Prudentia quoque, rectæque rationi nihil æque consentaneum, quam ea temporum difficultate, ita sententias moderari, ut ancipiti responso nec Pontificem arguere, nec Regem videntur. Aliud esse rem aliquam approbare, aliud silentio transmittere. Silentium enim a nullis Pontificum Censuris percussum esse, imo nec potuisse, cum sæpe ad prudentiam spectet; prudentiam vero non poenas, non censuras, sed laudem mereri. Nihil ergo a Bellovacensi commissum, quo Purpura indignus esset.”

Hæ Gallorum rationes Alexandro Pontifici adeo validæ videbantur, ut hujus Præfulis electionem omnino ratam haberet, non paucis tamen Principum sese de nimio partium studio suspectum redderet.

§. XCVII.

*Frustraneus Alexandri Papæ conatus
in componendis diffidiis cum Ludovico Galliarum Rege.*

Enimvero Alexander VIII. Papa nullum non movebat lapidem, ut veteres simultates circa Regalium, & asylorum jura componeret, ac Ludovici Regis animum sibi devinciret; spe-

Uu 2

rabat

Sæc. XVII.
A. C. 1690.

rabat enim, dissidio semel inter Romanam sedem & Gallos sublato, facile funestissimum quoque in Europa bellum confectum iri, dummodo Mediatoris partes ad Pontificem deferrentur: Verum spes hæc ample concepta eundem fefellit; quamvis enim ipsemet Franciæ Rex ineunte hoc anno Papam per suum Oratorem rogaret, ut pro obtinendis cum Cæsare induciis suas partes interponere vellet, eo fine, ut Rex eo potentius religionem Catholicam tueri posset, nihilominus Cardinales quidam in publico Senatu opponebant, „Gallos hucusque nec promissis nec induciis stetisse, Religionis Catholice „defensionem nonnisi vanum esse ob- „tentum, eoquod fervente bello Turcico „arma in Catholicos vertissent, nec „ipsum quoque Pontificis ditioni peper- „cissent, proin Gallos eo duntaxat re- „spicere, ut Cæsarem inter & Prote- „stantes odium accenderent, hacque „ratione A catholicos Principes a Tur- „cica expeditione averterent. Non pauci tamen ex Purpuratis censebant, inducias esse procurandas, dummodo inique erepta compensatis damnis redderentur: Eapropter Papa Principes Christianos datis literis hortabatur, ut propositæ paci faciles præberent aures: Verum ad hæc respondit Hispaniæ „Rex

„Rex, pacem non nisi bello, & depref- Sæc. XVII.
 „sis Gallorum viribus obtineri posse; A. C. 1690.
 „apud hos enim religionem, justitiam,
 „fidem & juramenta flocci haberi, sat
 „luculenter testari totius Germaniæ ca-
 „lamitates, in quas Rex Christianissi-
 „mus Hungariam & Austriam per Tur-
 „cas, & novissime Palatinatum, plu-
 „rimasque alias Regiones per suos Bel-
 „lidos incendiis, deprædationibus
 „&c. barbarâ prorsus crudelitate in-
 „volvisset, multa Christianorum millia
 „Turcarum & Tartarorum jugo sub-
 „jecisset, monasteria, Ecclesias, imagi-
 „nes Sanctorum, & Reliquias profa-
 „nasset, Ecclesiasticos Electores spo-
 „liasset, ipsique Pontifici Avenionen-
 „sem Comitatum eripuisset, necnon Ro-
 „manam urbem minis & injuriis im-
 „pleisset.„ In hunc ferme modum pa-
 „riter respondit Sabaudia Dux, alii-
 „que Imperii Principes, quocirca Pon-
 „tifex haud dissimulanter a Galliarum
 „Rege petiit, ut I. prætensæ Asylorum
 „libertati, Romæ disertis verbis renun-
 „tiet. II. Vasionense Sanctimonialium
 „Asceterium in Delphinatu ad pristinum
 „statum reducat. III. Cerlem Vicarium
 „Apamiensem suæ dignitati ac patriæ
 „reddat. IV. Papæ infallibilitas accla-
 „mante Rege a Clero Gallicano agnosca-
 „tur, & declaratio contraria revocetur.

Uu 3

simul-

Sæc. XVII. simulque literæ submissionis testes ad
A. C. 1690. Papam mittantur. V. Lavardini ana-
 thema pro legitimo agnoscat, & pro
 ejus relaxatione supplicetur, simulque
 omnia contra Innocentium XI. atten-
 tata ex Parlamenti tabulis deleantur,
 cunctaque a Gallicano Clero contra se-
 dem Apostolicam scripta revocentur.
 VI. Denique belli tormenta ex urbe
 Avenionensi abducta reddantur; Ve-
 rum quia hæc postulata tam Regis
 quam Cleri auctoritati nimis derogare
 credebantur, omnis optatæ reconcilia-
 tionis spes evanuit; quantumvis enim
 Dux de Chaunes novus Franciæ Ora-
 tor sæpius cum ipso Pontifice & Cardi-
 nalibus de opportuna hæc controversi-
 as componendi, & Galliæ Præsules
 summo Pontifici conciliandi ratione
 egisset, sui que Regis nomine declarat-
 set, quod Avenionensem Comitatum
 restitueret, prætensoque Asylorum juri
 cederet, Papa tamen propositis condi-
 tionibus firmiter insistente lis indecisa
 permansit: Sub idem tempus Furbinus
 Cardinalis Romam venit, & quamvis
 pretiosa dona a Rege submissa, perbe-
 nigne a Papa exceptus, obtulisset, om-
 nemque in eo operam pariter impen-
 disse, ut transactionis negotium pro-
 moveretur, Clero tamen Gallicano suam
 revocare declarationem renuente, res
 suc-

successu caruit: eapropter Pontifex die Sæc. XVII.
 quarta Augusti edito diplomate Apo- A. C. 1690.
 stolico cuncta in Cleri Gallicani con-
 ventu contra Sedis Romanæ auctori-
 tatem acta & decreta omnino irrita de-
 claravit: ipsas vero Pontificias literas
 postea referemus.

§. XCVIII.

P. Quesnelli Apologia.

Interim Molinistæ Jansenistas ac præ- Caussa
 cipue Quesnellum insectari, haud Quesn. p. 19.
 cessabant, cumque compertum habe-
 rent, eum unacum Arnaldo Bruxellis
 in ædibus Domini de Hondt latitare,
 mox Marchionem de Castanega, qui
 tum Belgium moderabatur, accessere,
 supplices, ut ambos hosce Viros, eo-
 rumque socios, qui identidem sua ha-
 berent conventicula contra Monachos,
 e ditionibus Hispaniarum Regis sece-
 dere juberet: Annuit eorum precibus
 Marchio, qui ineunte Mense Aprili
 ambos e Flandria migrare jussit: Pa-
 rendum erat jussis; mox igitur ambo
 Leodium profecti in castro loci de Je-
 hay aliquamdiu delitescerant: Ques-
 nellus vero. ut Jesuitis vicem repen-
 deret, eis que molestiam caussaret, li-
 tem jam per integrum sæculum anti-
 quatam resuscitare decrevit; cum enim

Uu 4

Leo-

Sæc. XVII. Leonardus Lessius Jesuita ob novum
 A. C. 1690. suum systema de gratia & Dei scientia
 cum Duacensi & Lovaniensi Universi-
 tatibus collideretur, & ab utraque cen-
 suris perstrictus fuisset, Quesnellus sub
 nomine *Geryi Theologiæ Baccalauri Hi-*
storicam utriusque Censuræ Lovaniensis &
Duacensis Apologiam, quam ante bien-
 nium conscripserat, nunc typis edidit,
 sperans, Jesuitas sese a Pelagianismi
 accusatione absdubio vindicatu-
 ros, hancque Apologiam confutatu-
 ros esse, proin litem inter Universitatum Doctores
 & Molinistas redintegratum iri.
 Ast Quesnellum sua fefellit opinio; Je-
 suitæ enim antiquam crambem reco-
 quere pertæsi, calamos suos inhibere,
 consultius rati, si hanc Apologiam a
 Regis Senatu & summo Pontifice con-
 demnari impetrarent: Allusit quoque
 eorum votis utriusque sententia, imo
 ipsa etiam Duacensis Facultas die se-
 cunda Januarii declarabat, quod hanc
 apologiam adeo non approbaret, ut
 eam quoque utpote multis contra Chri-
 stianam charitatem inspersis scatentem
 rejiceret, ac Nuntii Apostolici judicium
 anno supra millesimum quingentesimo
 octogesimo octavo ratum haberet: Dua-
 censis autem Facultatis decretum erat
 sequens: „Duacensis Facultas hoc suo
 „scripto testatum voluit, supradictam
 Apo.

„Apologiam a se non probari, sed plura Sæc. XVII.
 „in ea improbari; quippe quæ non solum A. C. 1690.
 „Christianam charitatem lædunt, sed
 „& hinc periculum sit, ne graves ani-
 „morum dissensiones a centum annis
 „in hac Universitate exortæ, & per e-
 „dictum illustrissimi Nuntii Apostolici
 „Octavii Episcopi Calatini feliciter so-
 „pitæ suscitentur, cujus edicti auctori-
 „tate deinceps effectum, ut Facultati
 „Theologicæ, & Patribus Societatis
 „Jesu hic Theologiam profitentibus in
 „materia de Auxiliis & scientia Dei,
 „sua utrinque manserit sentiendi, &
 „docendi libertas, ut loquitur Calati-
 „nus in secundo edicto, in unitate fi-
 „dei & vinculo pacis. „

Enimvero ex hujus Apologiæ edi-
 tione in Universitate non modo Dua-
 cena, sed & Lovaniensi multæ fuerunt
 exortæ turbæ, diversæque contra ean-
 dem Theses prodire: præcipue autem
 Van - Vianam Lovaniensem Doctorem
 haud parum offendit, quod Quesnel-
 lus pag. 465. num. 11. inseruisset Patris
 Lupi ad D. Scaille epistolam, cum ta-
 men idem Pater Hennebelo eam edere
 vetuisset, propter illa verba ad finem
 dictæ paginæ posita: *adeoque & impri-
 mi*, neque enim ab Assessore S. Officii
 dicta illa fuisse noverat, novasque ab
 æmulis turbas verebatur, si quid dissen-

U u 5 sionis

Sæc. XVII. sionis aut falsitatis ibidem opponi pos-
 A. C. 1690 set: ipse etiam Hennebelus propterea
 pacem perturbari, indigne ferebat,
 præcipue, quia *Papa nuperrime post com-
 mendatam pacem inter Clerum sæcularem &
 Regularem, Deputatis simul coram sua
 Sanctitate prostratis præsertim commenda-
 vit instructionem S. Caroli Borromæi, ad-
 dendo tamen, ne præscripti a S. Carolo li-
 mites excederentur (*)*. Nec tamen si-
 lentium, nec idem conservandæ pacis
 studium tenuit Quesnellus; mox enim
 pro vindicanda sua Historia Apologe-
 tica librum edidit, sub hoc titulo: *do-
 cumenta necessaria pro Historia Facultatis
 Theologicæ Duacensis, & eorum continua-
 tio*: Verum hoc ipsum Quesnelli opus
 hoc anno die vigesima prima Januarii
 eadem Facultas perstrinxit, edito hoc
 decreto: „Cum nuper evulgatus fue-
 „rit, & ad Sacram Theologiæ Faculta-
 „tem Duacensem delatus libellus qui-
 „dam Anonymus noviter typis excusus
 „sub hoc titulo: *Documenta &c.* ex
 „cujus incauta lectione legentium ani-
 „mi in errores & prava judicia abduci
 „possent, de prædicto libello, multis
 „deliberationibus præhabitis, unanimi
 „consensu sic censuit, declarandum-
 „que

(*) Ita Hennebel in epist. ad Vsn - Viaram
 die 1. Jul.

„que existimavit prædicta Facultas I. Sæc. XVII,
 „in prænominato libello damnata in A. 1710,
 „Jansenio a summis Pontificibus Inno-
 „centio X. & Alexandro VII. dogmata
 „ex parte renovari II. Jansenianam
 „hæresin tanta cura & sollicitudine ab
 „Apostolica sede compressam, *Et grave*
 „malum, quod jam diu Catholicam Eccle-
 „siam vexat, falso, temerarie, nec sine
 „ejusdem sanctæ Sedis iujuria, ad
 „Phantasma traduci III. Propositio-
 „nibus Baij dudum ab eadem sede
 „Sancta, & quidem *in rigore, Et pro-*
 „prio verborum sensu &c. damnatis de
 „novo instaurandis, aditum perquam
 „facilem aperiri. IV. Prædictum in-
 „super libellum variis convitiis & om-
 „nis generis calumniis respersum esse.,

In eundem hunc librum eadem Fa-
 cultas rursus die quarta Junii anno hu-
 jus sæculi nonagesimo sexto censuram
 tulit, & Innocentius XII. Papa ejus
 Historicam Apologiam die octava Maij
 sequenti anno fulmine Vaticano per-
 cussit. Ut autem Quesnellus eique ad-
 hærentes, atri stigmatis contumeliam, Vid. supra
 & frustrationem sui consilii ulcisceren- §. 5. p. 400.
 tur, Meusnierii Jesuitæ doctrinam de
 peccato Philosophico vicissim Romæ
 damnari procurarunt, prout jam supra
 meminimus.

Sæc. XVII.
A. C. 1690.

§. XCIX.

*Triginta & una Propositiones ab
Alexandro VIII. Papa pro-
scriptæ.*

*Argentre
Coll. Jul.
t. 3. p. 371.*

Verum hoc Quesnelli gaudium inde conceptum haud diu duraverat; Jesuitæ enim tam Musnieriani peccati, quam plurium propositionum ex eorum libris depromptarum damnationem ægre ferentes, vicem rependere intenti erant: quapropter ut vicissim quamplurimas propositiones ex Jansenistarum potissimum libris extractas corraferunt, easque apud Humbertum Guilielmum a Præcipiano Archiepiscopum Mechliniensem denuntiarunt. Hic vero præcipuos Lovaniensis Academix Doctores per novas, nimisque rigidas opiniones, Ecclesix & fidelibus noxias in Belgio corrumpi ratus, sollicitatis etiam plusquam quinquaginta aliis de Clero tam Regulari quam Sæculari, hæc propositiones per Procuratorem suum Romæ severe discutiendas detulit: Cæptum est examen jam anno hujus sæculi octogesimo secundo, in octo ferme annos extractum, tandem vero Alexander VIII. habita Generali Romanæ & Universalis Inquisitionis Congregatione die septima Decembris

cembris triginta & unam propositiones Sæc. XVII.
A. C. 1690.
proscripsit, „edito decreto sequenti

„Sanctissimus Dominus noster Alexan-
der Divina Providentia Papa VIII. pro
„Pastorali cura ovium a Christo Do-
„mino sibi commissa, de earum Salute
„solicitus, ut inoffenso gradu per re-
„ctas semitas possint incedere, & pa-
„scua nimium perniciofa in pravis do-
„ctrinis exhibita vitare, unius supra
„triginta Propositionum examen plu-
„ribus in Sacra Theologia Magistris,
„& deinde Eminentissimis, ac Reve-
„rendissimis Dominis Cardinalibus con-
„tra hæreticam pravitatem generalibus
„Inquisitoribus commisit; qui tantum
„negotium diligenter aggressi, eique
„sedulo, ac pluries incumbentes super
„unaquaque ipsarum sua suffragia San-
„ctitati suæ singillatim detulerunt. „

„Propositiones autem sunt infra
„scriptæ: videlicet.

I. In statu naturæ lapsæ, ad pecca-
tum mortale, & demeritum sufficit illa
libertas, qua voluntarium ac liberum
fuit in causa sua, peccato originali, &
voluntate Adami peccantis.

II. Tametsi detur ignorantia invin-
cibilis juris naturæ, hæc in statu na-
turæ lapsæ operantem ex ipsa non ex-
cusat a peccato formali.

III

Sæc. XVII. III. Non licet sequi opinionem probabilem; vel inter probabiles probabilissimam.

A. C. 1690. IV. Christus dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo; non pro solis electis, sed pro omnibus & solis fidelibus.

V. Pagani, Judæi, Hæretici, aliique hujus generis nullum omnino accipiunt a Jesu Christo influxum; adeoque hinc recte inferes, in illis esse voluntatem nudam, & inermem sine omni gratia sufficienti.

VI. Gratia sufficiens statui nostro non tam utilis, quam perniciosa est, sic, ut proinde merito possimus petere, *a gratia sufficienti libera nos, Domine.*

VII. Omnis humana actio deliberata, est Dei dilectio, vel mundi: Si Dei, Charitas Patris est; si mundi, Concupiscentia Carnis; hoc est, mala est.

VIII. Necessè est infidelem in omni opere peccare.

IX. Revera peccat, qui odio habet peccatum, mere ob ejus turpitudinem, & disconvenientiam cum natura, sine ullo ad Deum offensum respectu.

X. Intentio, qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, mere ut cælestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

XI.

XI. Omne, quod non est ex fide Sæc. XVII.
Christiana supernaturali, quæ per di- A. C. 1690.
lectionem operatur, peccatum est.

XII. Quando in magnis peccatori-
bus deficit omnis amor, deficit etiam
fides; & etiamli videantur credere,
non est fides divina, sed humana.

XIII. Quisquis etiam æternæ mer-
cedis intuitu Deo famulatur, charitate
si caruerit, vitio non caret; quoties
intuitu licet beatitudinis operatur.

XIV. Timor Gehennæ non est Su-
pernaturalis.

XV. Attritio, quæ Gehennæ, &
pœnarum metu concipitur, sine dile-
ctione benevolentia Dei propter se,
non est bonus motus, ac supernatu-
ralis.

XVI. Ordinem præmittendi satisfac-
tionem absolutioni induxit, non poli-
tia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa
Christi lex, & præscriptio, natura rei
idipsum quodammodo dictante.

XVII. Per illam praxim mox absol-
vendi, ordo Pœnitentiæ est inversus.

XVIII. Consuetudo moderna quoad
administrationem Sacramenti Pœni-
tentiæ, etiamli eam plurimorum ho-
minum sustentet Auctoritas, & multi
temporis diuturnitas confirmet, nihilo-
minus ab Ecclesia non habetur pro usu,
sed abusu.

XIX.

Sæc. XVII. XIX. Homo debet agere tota vita
 A. C. 1690. pœnitentiam pro peccato Originali.

XX. Confessiones apud Religiosos factæ pleræque, vel sacrilegæ sunt, vel invalidæ.

XXI. Parochianus potest suspicari de Mendicantibus, qui Eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione, ob quæstum, seu lucrum subsidii temporalis.

XXII. Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.

XXIII. Similiter arcendi sunt a Sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.

XXIV. Oblatio in Templo, quæ fiebat a B. V. M. in die Purificationis suæ per duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testatur, quod indiguerit Purificatione, & quod Filius, qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus esset, secundum verba legis.

XXV. Dei Patris simulacrum nefas est Christiano in Templo collocare.

XXVI. Laus, quæ defertur Mariæ, ut Mariæ, vana est.

XXVII.

XXVII. Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus: *In nomine Patris, &c. prætermisissis illis: Ego te baptiso.* Sæc. XVII.
A. C. 1698.

XXVIII. Valet Baptismus collatus a Ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat; intus vero in corde suo apud se resolvit: *Non intendo, quod facit Ecclesia.*

XXIX. Futilis, & toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium œcumenicum Authoritate, atque in fidei quæstionibus infallibilitate.

XXX. Ubi quis invenerit Doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absolute potest tenere, & docere non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

XXXI. Bulla Urbani VIII. in *Emnenti*, est subreptitia.

„Quibus mature consideratis, idem
 „SS. statuit, & decrevit triginta & unam supra dictas Propositiones, tanquam temerarias, scandalosas, male sonantes, injuriosas, hæresi proximas, hæresin sapientes, erroneas, schismaticas, & hæreticas respective esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet; ita, ut quicumque illas, aut divisim, aut conjunctim docuerit, defenderit, ediderit, aut de his etiam disputative, publice aut
Hist. Eccles. Tom. LXV. X x pri

Sæc. XVII. „privatim, tractaverit, nisi forsan im-
A. C. 1690. „pugnando, ipso facto incidat in ex-
 „communicationem, a qua non possit,
 „præterquam in articulo mortis, ab al-
 „lio, quacunq[ue] etiam dignitate sul-
 „gente, nisi a pro tempore Pontifice
 „Romano existente, absolvi. „

„Insuper in districta virtute sanctæ
 „Obedienciæ, & sub interminatione
 „Divini Judicii, prohibet omnibus Christi
 „fidelibus, cujuscunq[ue] conditionis,
 „dignitatis, & status, etiam speciali,
 „& specialissima nota dignis, ne præ-
 „dictas opiniones, aut aliquam ipsarum
 „ad praxim deducant. Non intendit
 „tamen Sanctitas sua per hoc decretum
 „alias Propositiones in majori numero
 „ultra supradictas triginta & unam
 „jam exhibitas, & in hoc decreto non
 „expressas, approbare. „

Quamprimum harum propositio-
 num proscriptione Jansenistis innotuerat,
 mox insano prorsus furore in eam
 debacchati sunt, atque inter eos Ger-
 beronus illam *scandalum Romanæ Curie,*
probrum S. Officii & confusionem Pontifi-
catus Alexandri VIII. appellavit: qui-
 nimo eo temeritatis prolapsi sunt, ut
 de Papa excommunicando inter se agi-
 tarent consilia, haud concoquere va-
 lentes, quod Pontifex trigessimam pro-
 positionem de S. Augustini auctoritate
 dam-

damnarit, quapropter Vaucelius, qui ^{Sæc. XVII.} sub Wallonii nomine latitabat, a Jan- ^{A. C. 1690.} senistis pro tuenda eorum causa Romam deputatus nullo pacto induci poterat, ut vel unquam Alexandri Papæ sequenti anno defuncti exequiis in D. Petri Basilica interesset, aut pro ejus anima in Missæ Sacrificio memoriam haberet.

§. C.

Epistola Cardinalis de Aguiere ad Hennebelum Lovaniensem Doctorem.

Sub idem tempus Joannes Libertus Hennebel in Universitate Lovaniensi Theologiæ Doctor, qui a Belgii Theologis velut alter Arnaldus colebatur, summorum Pontificum Constitutionibus, ac præscriptæ juramenti formulæ satis superque satisfactum credebatur, aut forte credere simulabat, si juramentum hoc ita interpretaretur, ut supra solas quinque Jansenii propositiones caderet, non autem simul supra præfati Authoris librum, ejusque sensum: Quoniam vero Belgii Episcopi acriter falsæ huic interpretationi sese opponerent, & non pauci tam Hennebelum quam eidem adhærentes hæreticorum ac hæresis nota perstringeret, hinc idem querulas ad Josephum Cardina-

X * *

lem

Sæc. XVII. lem de Aguire literas Romam dedit,
 A. C. 1690. quibus tamen præfatus Cardinalis ver-

bis sane tanto Viro dignis die tertia
 Martii hæc rescripsit: „Quod hæctenus
 „non responderim literis tuis Octobri
 „proxime præcedenti datis, in caussa
 „fuerunt assidux istæ occupationes, qui-
 „bus pene obruimur, & præterea in-
 „valetudo mea ex præcedenti ægritu-
 „dine contracta, quæ vix finit, ut ad
 „quidpiam aliud animum intendam:
 „eandem ob caussam differre possem
 „amplius responsionem istam, sed ne
 „videar minori, quam par est, affectu
 „tuam epistolam accepisse, pauca hæc
 „raptim dictare visum. Monitum il-
 „lud meum, quod memoras de Thesi-
 „bus Theologicis & libris in lucem mit-
 „tendis, non solum eo sensu, sed ea
 „insuper verborum formula, ut nihil
 „præseferat Doctrinæ in Jansenio dam-
 „natæ, observandum spero. Nam scri-
 „ptores plures & Magistros Academiæ
 „tuæ florentissimæ multa in ea parte
 „peccasse præcedentibus annis, etiam
 „post damnatas V. Propositiones Jan-
 „senii semel ab Innocentio X. & iterum
 „ab Alexandro VII. imo & post V. Ar-
 „ticulos ipsi oblatos ab Illustrissimo tunc
 „Convenarum nunc Tornacensium Præ-
 „sule, clarius & luculentius est quam
 „ut ullo velo obumbrari posset, legi

„ego

Sæc. XVII.
A. C. 1690.

„ego nonnullos ex iis libris in Belgio e-
 „ditos, ac plurimas Theses Lovanii pu-
 „blicæ loci datas, tam ab Augustinianis,
 „ut vocari amant, quam ab ipsorum
 „adversariis. Ut certe his nil conduci-
 „bilis esse potuit, quam legere Doctri-
 „nam illam fuguritam, saltem in spe-
 „ciem, totidem pene verbis extantem
 „in lucubrationibus vestris: consultius
 „sane fuisset, ut saltem ab eo tempore
 „quo articuli illi, utraque parte con-
 „sentiente, huc missi sunt, Augustiniani
 „omnes ad eorum normam & stilum
 „exegissent scripta & dogmata sua; sic
 „enim nulla iis invidia conflata fuisset.
 „Neque enim quisquam inurere audet
 „notam Doctrinæ Thomisticæ, a qua
 „articuli ipsi vix aut ne vix quidem mea
 „opinionem delectant, vellem equidem
 „eos olim Salmanticæ legisse, antequam
 „scriberem adversus declarationem cleri
 „Gallicani, aut saltem ante editum
 „ibidem, & postea hic magna ex parte
 „recusum Tomum III. Theologiæ S.
 „Anselmi; utrobique enim fideliter re-
 „tuli, quoad mihi licuit, & impugna-
 „vi dogmata recentium Augustinianorum,
 „nulla facta mentione ejus tempera-
 „menti sive explicationis contentæ in
 „articulis. Nunc vero in Prolegomenis
 „ejusdem tertii Tomi Romanæ edi-
 „tionis, eos ad literam exhibebo, ut

Xx 3

„omni-

Sæc. XVII., omnibus appareat, quam procul sint
 A. C. 1690., eorumdem Auctores a fermento illo
 quo totam massam Doctrinæ de gratia
 & libero arbitrio corrumpere vide-
 bantur. Nec parum proderit ipsorum
 famæ de cetero sarcientiæ opusculum
 quoddam nuperrime editum, nescio a
 quo, aut ubinam, duobus foliis, cui
 initium: In nomine Salvatoris, finis
 autem, gratia apparuit: oportuisset
 vero illud longe antea per omnes ca-
 tholicas regiones distractum fuisse, &
 expedit modo distrahi, præsertim in
 Hispania, ut omnes norint sensum
 vestrum absdubio catholicum. Et ut
 omnes dissidiorum occasiones præci-
 dantur de cætero, moneo ac rogo,
 ut dimissis ejusmodi controversiis in
 publicis disputationibus & libris ac
 valere jussis, convertatis animum ad
 dogmata Ecclesiæ Romanæ adversus
 heterodoxos stabilienda, sicut olim
 clarissimi Doctores ejusdem Acade-
 miæ Lovaniensis fecerunt, sed ad id
 ipsum præstandum opus est in ante-
 cessum præmittere accuratum stu-
 dium Theologiæ scholasticæ, quo non
 præeunte, ii qui dogmatica scribunt
 aut edunt, facile in scopulos illidunt,
 id experimento deprehendimus in qui-
 busdam belgis scriptoribus aut Docto-
 ribus, plus nimio delicatis, & nescia
 quo

„quo supercilio fastidientibus, imo ir-
 „ridentibus Theologiam scholasticam,
 „quæ accurate & sobrie scita & tra-
 „dita est, & fuit tot sæculis munitissi-
 „ma hoplothea ad debellandas quasli-
 „bet hæreses, plura alia adjicere vel-
 „lem, sed mihi otium non est. Exeunte
 „Aprili circiter finita erit editio præ-
 „dicti Tomi III. quem cum duobus
 „præcedentibus mittam, ut in Biblio-
 „theca collegii Adriani Papæ colloce-
 „tur in signum amoris, quo gravissimam
 „Academiam Lovaniensem prosequor,
 „teque eximie ac Reve. D. cui fausta
 „omnia precor. „

§. CI.

*Quinque Beati ab Alexandro VIII.
 Papa Sanctorum fastis adscripti.*

Hoc item anno Alexander VIII. Pon-
 tifex die vigesima sexta Octobris
 quorundam apotheosi ultimam manum
 admovit, & diu ac mature discussa
 vitæ Sanctitate ac miraculis tandem
 Romæ ritu solemni Sanctorum fastis
 adscripsit Laurentium Justinianum Pa-
 triarcham Venetum, Joannem a S. Fa-
 cundo Ord. S. Augustini, Joannem Ca-
 pisfranum & Paschalem Baylon Ord.
 S. Francisci, necnon Joannem de Deo
 Fratrum Xenodochiis inservientium

Xx 4

Fun-

Sæc. XVII.
A. C. 1690.Contin Roma
Sanct. p. 17.

Sæc. XVII. Fundatorem, quæ declaratio primum
 A. C. 1690. in Vaticana Ecclesia sacris, ritibusque
 solitis festive peracta, communi totius
 Orbis Catholici jubilo ubique excepta
 est. Ut vero Pontifex hanc solemnita-
 tatem Romæ adhuc augustiorem red-
 deret, Laurentium Altierium Paluzium
 nonnisi octodecim annos natum primo
 Protonotarium, Abbatem Urbis Tybe-
 rinæ, ac demum die decima nona No-
 vembris Cardinalem nominavit; Jam
 antea die decima tertia Februarii idem
 Pontifex Franciscum Barberinum Ro-
 mana pariter Purpura honorabat.

§. CII.

*Nova juramenti formula ab Hambur-
 gensibus Prædicantibus procusa.*

*Winkel. epist.
 de subs.
 rescissa.*

Ridiculo prorsus Religionis Zelo fer-
 vebant hoc anno viginti tres Ham-
 burgenses Prædicantes; cum enim hi
 sectæ suæ puritatem sartam fervare in-
 tenti essent, atque inter se passim No-
 vatores a pristina tum docendi, tum
 Ecclesiam regendi norma recedere,
 novamque pro suo arbitrio procudere,
 alios vero aut nimium rationi, quos
 Pseudo-Philosophos nominabant, vel
 Scripturæ tribuere, alios denique la-
 xiores Theologos cunctos cujuscunque
 Religionis tolerare, & tanquam Fra-
 tres

tres agnoscere, nec ipsos fanaticos, En-
 thusiastes, & Chiliastras respuere cer-
 nerent, ex promiscua hac sectarum
 colluvie ingens periculum fūæ sectæ
 imminere autumabant, imo nec ex va-
 nis indiciis suspicabantur, non paucos
 inter ipsos Prædicantes nova moliri,
 novaque sectarum monstra procreare:
 Ut ergo huic malo obicem ponerent,
 quin tamen judicii strepitum, aliosque
 motus concitarent, post crebras con-
 sultationes, nil magis expedire cense-
 bant, quam si cunctis Prædicantibus
 certam juramenti formulam imponerent,
 per quam ejusmodi erroribus infecti
 tandem detegi, ac de perversis suis
 machinationibus convinci possent. Ham-
 burgenses igitur Præcones interposita ju-
 ramenti religione contestari jubebantur,
 se pro Fratribus posthac non agnituros quos-
 vis Novatores Pseudophilosophos, Anti-
 scripturarios, Theologos laxiores, fanati-
 cos, ac nominatim Bæhmistas, Chiliastras
 item tam subtiliores, quam crassiores; sua-
 que sponte, firmiter, & sancte semet reli-
 gione obstringere, nolle se homines ejusmodi
 unquam, & usquam de meliore nota com-
 mendare, aut ullo modo promovere, sed
 potius eorum erroribus quavis data occa-
 sione contradicere, ac alios, ut hos fugiant,
 serio monere, sique fieri posset, illorum con-
 sortio eximere. Ex adverso denique pol-
 liceban-

Sæc. XVII.
 A. C. 1690.

XX 5

liceban-

Sæc. XVII. *licebantur ore & manu (facta subscriptione)*
A. C. 1690. *nunquam non velle deinceps ita se gerere,*
ut ab omni collusionis specie cum heterocli-
tis capitibus istis maneant liberi, & vigore
juramenti antehac publice præstiti, ne la-
tum unguem discedant a Sanctissimis Scri-
pturæ Oraculis, a forma sanorum verbo-
rum in libris symbolicis, a vestigiis ortho-
doxorum antecessorum in modo tum docendi,
tum dirigendi Ecclesias sibi commissas, adeo-
que omnes innovationes (donec ipsa necessi-
tas aliud requirat) studiose declinent, uni-
tatemque & pacem Ecclesiæ in veritate con-
servent; ita Deus ipsos adjuvet in extrema
mortis hora.

Displicuit hæc agendi ratio ceteris Prædicantibus, præcipue Henrico Horbio, Joanni Wincklero, & Abrahamo Hinckelmanno, qui inter omnes sectas nullum essenziale discrimen subesse autumarunt, eoquod omnes in unico articulo fundamentalis de fide in Christum conveniant, nec omnes fidei Christianæ articuli sint fundamentales, nec omnes errores circa quemdam articulum fundamentalem sint fundamentales, proin juxta S. Gregorium Nazianzenum ad Eunomianos, Fratres sint appellandi, *tametsi parum fraterno animo erga nos sint.* Nihilominus ipsemet quoque Winklerus & quidem ex animo, uti dixerat, propositæ juramenti formulæ

mulæ subscripsit, paulo post tamen de Sæc. XVII.
 præcipitania, actusque incompetentiæ A. C. 1690.
 questus, suam subscriptionem revoca-
 vit, simulque fidem suam ab objectis
 criminationibus vindicans, pro Collega
 & Fratre haberi petiit: Verum a cete-
 ris Hamburgensibus rejectus, ad exte-
 rorum Theologorum judicia provocavit:
 Hac igitur caussa ad Kilonenses, Wir-
 tenbergenses, Lubeccenses, & Grypho-
 Waldenses Præcones delata, hi Winck-
 lero patrocinati sunt, vehementer re-
 clamantibus Philippo Spenero Dres-
 densi, Bartholomæo Majero Brunsvi-
 censi, & Guilieimo Alardo Oldenbur-
 gico Prædicantibus.

Eodem anno nonnulli Prædicantes,
 adversus alios Præcones Lipsiæ acriter
 declamabant, eo quod unacum studio-
 sis Academicis & civibus sub falso veræ
 pietatis, & stabiliendis sincerioris Chri-
 stianismi obtentu frequenter conventi-
 cula haberent, suisque doctrinis Ana-
 baptisticam hæresin resuscitare, atque
 ad libere spargenda falsarum opinionum
 semina viam parare niterentur: Ad-
 versus hos, ac præcipue contra Joan-
 nem Henricum Majum Giessensem Præ-
 dicantem acriter declamabat Philippus
 Ludovicus Hannekenius itidem Præco,
 qui Maij Examen Catechetico - Dogma-
 ticum cum junioribus, necnon Colle-
 gium

Sæc. XVII. A. C. 1690. gium Biblicum non modo cum studio-
 fis, sed & cum aliis ex communi plebe
 habitum non semel e suggestu tanquam
 opera Quackeristica, Enthusiastica,
 scandalosa & perniciosa perstrinxit: vi-
 cissim vero Joannes Winckler Hambur-
 gensis Pastor contra Hannekenium atra-
 bile plenum effudit calamum: Cum
 ergo indies mutæ Prædicantium cri-
 minationes nova caperent incrementa,
 indeque graves orirentur offensiones,
 hinc Joannes Georgius III. | Saxonizæ E-
 lector Pietistarum conventicula inhi-
 buit, edito desuper diplomate, quod
 Lipsiensis Universitatis Rector, ceteri-
 que Doctores die vigesima tertia Martii
 his verbis promulgarunt: „Postquam
 „renuntiatum est Serenissimo Electori
 „Saxonizæ, Domino ac nutritio nostro
 „Clementissimo, in Civitate nostra
 „Lipsiensi non tantum a Studiosis, sed
 „illiteratis etiam hominibus, die præ-
 „cipue Dominica, periculosa conven-
 „ticula, provehendæ pietatis specie,
 „celebrari, in quibus varia praxi Or-
 „thodoxæ Ecclesiæ nostræ aut insueta,
 „aut adversantia tractentur: Ist tanquam
 „providentissimus Patriæ Pater ulterio-
 „ribus scandalis tempestive obicem po-
 „siturus, rescriptum Clementissimum
 „ad nos directum nuperrime huc misit,
 „inque eo conventicula id genus pro-
 „miscua

„miscua quam severissime prohibere nos Sæc. XVII.
 „iussit. Huic serio, severoque mandato A.C. 1690.
 „ut ea, qua par est, submissione animi
 „morigeremur, civibus nostris conven-
 „tacula ejusmodi omnia, & Congrega-
 „tiones, in quibus præsentibus tam
 „literatis, quam illiteratis, | Scriptura
 „Sacra privato ausu, & citra authori-
 „tatem Superiorum exponi hactenus
 „solita est, neve in Disputationibus,
 „Lectonibus, atque Collegiis suis, aut
 „ulla ratione alia negotia ejusmodi
 „promoveant, severissime hoc ipso in-
 „terdicimus: gravissime deinceps in-
 „quemvis animadversuri, qui contra
 „mandatum Serenissimi Electoris præ-
 „memoratum, nostrumque hoc publi-
 „cum interdictum, egisse aliquid, vel
 „suscepisse, deprehensus fuerit.,,

§. CIII.

Varia belli fortuna contra Turcas.

Ineunte hoc anno die vigesima quarta Wagner
 Januarii Augustæ Vindelicorum Jo- Hist. Leop.
 sephus Leopoldi Cæsaris Filius in Ro- lib. II.
 manorum Regem omnium suffragiis Jæger Eu-
 electus, biduo post solemnî ritu inau- rop. Hist.
 guratus est, ibidemque jam antea die
 decima nona ejusdem Mensis a S. R. J.
 Electoribus Augustali dignitate insignita
 fuerat Eleonora Magdalena Theresia
 ejus-

Sæc. XVII. ejusdem Imperatoris Conjux: attamen
A. C. 1690. sicut nulla felicitas, nullumque natu-
 ræ cælique beneficium sine calamitatis
 aut invidiæ fæcibus affundi solet, ita
 communem hanc lætitiã turbabat non
 modo invidia eorum, qui cruento bello
 hanc Josephi electionem prævertere ni-
 tebantur, sed etiam infaustus Nuntius
 ex Servia allatus de clade Cæsareorum;
 cum enim Strasserus Tribunus con-
 tempta hostium multitudine audacius
 quam cautius cum quatuor suorum
 millibus in viginti prope Tartarorum
 millia vincere præfestinus irrueret, post
 cruentum septem horarum certamen
 Katsianekæ fufus est, desideratis suo-
 rum duobus millibus, ducentis & qua-
 draginta. Ipse Strasserus inter primos
 occubuit, parique fato sublati sunt Ca-
 rolus Hannoveranus Dux, Styrumbius,
 Gronsfeldius, & Auerspergius Comi-
 tes: Evaserunt nonnisi aliquæ centu-
 riæ, Nissam conductæ. Arx verò Kat-
 sianeka Turcis dedita, totaque Regio
 cædibus, atque incendiis fædata. Inter
 tot tristia levamen attulit Canisæ
 deditio, quod invictissimum munimen-
 tum post annuam obsidionem fame &
 ferro subactum Cæsari redditum est,
 simulque tota Sclavonia in libertatem,
 pristinamque quietem asserta. Haud
 diu armorum felicitas Cæsareos comi-
 tata

tata est; quippe Hompeschii Pro-^{Sæc. XVII.}
 buni vecordia, Vidinum arx muni-^{A. C. 1690.}
 tissima post triduanam obsidionem Tur-
 cis dedita, Pyratum & Nissa occupata,
 & Belgradum a Vezirio cum quinquaginta millibus obsessum post octidui oppugnationem, incensamque Turrin pulverariam expugnatum est, tanta obsessorum strage, ut ex tribus mille ducentis viginti nonnisi quadringenti ægerrime, fuga in alteram Danubii partem dilaberentur, ceteris omnibus aut flamma aut ferro absumptis. Hoc successu elatus Vezirius Essekinum cum quindecim Janissarorum millibus obsideri jubet, quam urbem utpote misere comparatam absdubio cepisset, nisi Starenbergius Bassam Bosniensem proximas Christianorum suppetias timere edoctus, magno numero calones, rusticos &c. militari habitu adornatos in alterum Dravi littus, inter sonoros tubarum & tympanorum strepitus exposuisset, fictoque hoc subsidii adventu Bassam ad solvendam obsidionem adgisset: Ceterum ne hoc quidem gaudium sine calamitate erat: Orsava enim & Carolina Insula fame ad dedicationem compulsæ est: nec felicius a Cæsareis in Transylvania actum; Töckelius enim cum rebellium ac Turcarum viginti millibus trajecto in Valachia Danubio

Sæc. XVII. nubio quatuor Cæsareorum millia im-
 A. C. 1690 provisa irruptione delevit, captis ipsis
 Ductoribus Heislero & Doria, & in-
 tegra ferme Provincia Töckelio sub-
 acta: Tempestive autem cum recenti
 milite Ludovicus Badensis Marchio ac-
 currens, continuis velitationibus re-
 bellem adeo laceffiverat, ut illum ex tota
 Transylvania ejiceret. Feliciore adhuc
 Marte contra Turcas pugnarunt Veneti,
 qui Malvasia ad deditionem compulsa
 & ejusque arce expugnata integram
 Peloponensum suis armis subjece-
 runt.

§. CIV.

*Rhenana expeditio Gallis prospera,
 Fœderatis adversa.*

Theatr. Eu- Infesta Gallorum irruptio in Imperium
rop. tom. 13. non modo Hungariam contra Tur-
pag. 1040. cas, sed simul etiam Rhenanam expe-
Hode l. c. ditionem contra Imperii hostes fœde-
Hist. du ratis infaustam reddidit; hi enim di-
Princ. Eug. stractis viribus tam Gallorum, quam
l. I. p. 119. Turcarum potentia impares, ac longe
 inferiores erant: His ad infausti belli
 successum accedere insuper solitæ inter
 Germanos Duces cavillationes, & dis-
 fidia, necnon retardatæ Principum sup-
 petiæ. Cuncta hæc obstacula, cum
 Galli in rem suam verterent, Melacus
 interim

interim iubente ipso Ludovico Rege Sæc. XVII.
 Coloniensem, Palatinum, Moguntinum A. C. 1690.
 & Trevirenses Electoratum fœde de-
 solatur, omnesque urbes & pagos,
 quos nondum integros anno priori com-
 bufferat, penitus in cineres redegit,
 & nihilominus ad redimendam incen-
 dii vexam ab incolis immensam pecu-
 niarum vim extorsit. Die autem de-
 cima sexta Martii Galli ex Philippo-
 burgi oppido Bruchsaliam invadentes,
 monasteria duo hæcenus a flammis il-
 læsa incenderunt, direptisque Sacris
 vasis, aliquoties sclopos suos in de-
 pictam Christi Cruci affixi imaginem
 exploferunt, arcemque Leiningianam
 subjecto pulvere pyrio in ruderum
 acervum dejecerunt. Inclinante ad
 finem Mense Majo Delphinus tra-
 jecto Rheno cum quadraginta arma-
 torum millibus Stappenheimii castra
 posuit, quo inspectante celebratissimi
 ejus incendiarii decem urbes unacum
 pretiosa Aula a Carolo Magno erecta
 continenti incendio absumpserunt; tan-
 dem vero Delphinus, ubi nil concre-
 mandum supererat, maximis itineri-
 bus Rhenum remensus, in Alsatiam
 contendit, ne cum Bavaro ipsum inse-
 quente manus conferere cogeretur: In
 Belgio etiam Gallis prospera erat Mar-
 tis fortuna; Bouflerius enim Lucem-
 Hist. Eccles. Tom. LXV. Yy bur-

Sæc. XVII. burgio junctus Waldechium Batavo-
A. C. 1690. rum Belliducem ad Floriacum die pri-
 ma Julii adorsus est, Hispanisque, qui
 transitum præpedire nitebantur, repul-
 sis, inito prælio Batavos, Hispanosque
 insigni clade affecit: Cecidere Batavo-
 rum sex millia, nec minori suorum
 jactura Galli campo & victoria potiti
 sunt, in freto tamen Caletano Batavo-
 rum atque Anglorum classes felicius
 depressere: cumque Ludovicus Rex
 Victorem Amadæum Sabaudæ Ducem
 ad foederatorum partes transisse com-
 pererat, mox ejus jussu Catinatus Ma-
 rescallas cum duodecim suorum milli-
 bus hunc Ducatum invasit, & Villa-
 Franca ac Carignano deditioe, Cava
 autem vi occupatis foederatos prælo-
 vicit, totamque ferme Sabaudiam sub-
 egit; opportune autem Eugenius Sab-
 audæ Princeps cum Germanorum ac
 Sabaudorum agmine accurrens, Gal-
 los jamjam Taurinum incendere para-
 tos prope Massaliam magna clade pro-
 trivit, ac fugitivos usque ad Pinaroli-
 mænia insecutus est: quoniam vero
 Catinato captorum numerum exposcenti
 respondisset, Gallis utpote incendiariis
 nullam vitæ gratiam fuisse datam, Ca-
 tinatus vicem repensurus, noctu Car-
 manoliæ suburbia incendit, omnesque
 incolas jugulari præcepit, & Segusio
 dedi-

deditione capto totam regionem præ- Sæc. XVII.
dis, incendiis atque exactionibus ex- A. C. 1690.
hausit.

§. CV.

*Jacobus Angliæ Rex denuo in Fran-
ciam profugere compulsus.*

Interim Jacobus Angliæ Rex Dublini *Salmon hist.*
in Hibernia octo Gallorum millium *d' Angl. t I.*
suppetias cum vario belli apparatu ac- *pag. 454.*
ceperat: contracto igitur viginti sex *Rapin l. c.*
millium exercitu Guilielmum Auri-
cum Competitorem suum, viribus licet
longe superiorem ad prælium provo-
care constituit: Nec illud declinabat
Auriacus, qui Schombergio Duci jun-
ctus, cruentis velitationibus Jacobi
exercitum itidem laceffivit: tandem
vero trajecto Bayonæ fluvio Hibernum
Equitatum adoritur, leviter faucius:
Schombergius quoque a quodam mi-
lite bis gladio in capite vulneratus,
& ab alio glande trajectus occubuit:
inde autem exarsere dimicantium stu-
dia, tantoque vincendi ardore pugna-
tum, ut aliquamdiu victoria in utram-
que partem inclinaret: postquam vero
Hiberni pedites hostium numero op-
pressi pedem retulerant, totus Jacobi
exercitus in fugam effusus est, & Jaco-
bus cum residuo Equitatu ægre inse-
quen-

Sæc. XVII. quentis hostis impetum declinare, ac
 A. C. 1690. Dublinum attingere poterat, ubi con-
 vocato Magistratui civibusque declara-
 vit, quod omnibus incassum tentatis,
 ab Anglis rebellibus ejectus, atque ab
 Hibernis desertus, in Franciam rursus
 profugere compellatur, Urbis igitur
 claves Gubernator Competitori suo
 traderet: postea cum Procerum & Ca-
 tholicorum nonnullis navim Gallicam
 conscendens, tempestatis vi Kinsalam
 usque protrusus est, tandem vero Wa-
 terfordiæ portu solvens in Gallia a Rege
 perhonorifice exceptus est. Tum vero
 Guilielmus sui æmuli metu solutus,
 Dorgheda & Waterfordia occupatis,
 plures Nobiles præcipue Catholicos tan-
 quam læsæ Majestatis reos declaravit,
 omnesque Urbes, quæ adhucdum Ja-
 cobo Regi parebant, expugnari cura-
 vit, Limericum vero ob fluvii Shano-
 nii inundationem, cebrasque obfesso-
 rum eruptiones incassum verberavit,
 tandemque post vigesimam oppugna-
 tionis diem obsidionem solvere com-
 pulsus in Angliam rediit. Eo absente
 Estræus Comes cum mille quadringen-
 tis Gallis Torbaci exscensione facta
 Teremuthum urbem incendio delevit,
 Sarfieldus quoque Tribunus Catholi-
 cis addictissimus Guilielmi Sectatori-
 bus plurima belli tormenta, currus &
 anno.

annonam eripuit. Vicissim vero Gra-
vemærius prope Malloviu[m] quatuor
Hibernorum millia cæsis quingentis,
in fugam egit, & Barwicensem Du-
cem ingenti clade delevit, demum vero
Korckia & Kingfalia deditio[n]e, & qua-
ter mille præfidiariis jure belli captis,
Guilielmi exercitus in hyberna conce-
fit. Senatus vero Regius ad diem vi-
gesimam nonam Octobris solemne in-
dixit festum, ut pro secundo armorum
successu Deo grates agerentur: Se-
quenti autem anno, quamvis Franciæ
Rex novas in Hiberniam suppetias mi-
sisset, Angli tamen Ballimora & Ath-
lona expugnatis die prima Augusti Gal-
lorum & Hibernorum exercitum fude-
runt, ac post triiduum recepta Gallo-
vaja urbe etiam Limericum longa ob-
fidione fatigatum ceperunt. Hujus
Urbis deditio[n]e Jacobus Angliæ Rex
omnibus, quæ in suis Regnis possede-
rat, exutus, omnia usurpatori suo ob
populorum secessionem cedere coactus
est.

§. CVI.

Principum atque illustrium obitus.

[Infausta Caroli V. Lotharingiæ Ducis *Calmet Hist.*
ac Cæsarei Archistrategi mors Rhe- *de Lorr. t. 3.*
nanam expeditionem magno apparatu *pag. 46.*

Yy 3. cæ-

Sæc. XVII. cæptam, demum omnino irritam red-
 didit. Hic enim Oeniponto profectus,
 A. C. 1690. Welfii superioris Austriæ oppido die
 decima septima Aprilis acri pituita pri-
 mo ad aures & demum ad pectus de-
 fluente in lethalem incidit languorem:
 Cognito vitæ periculo mortis nuntium
 primotantum heros, & postea ut Chri-
 stianus intrepido prorsus animo excepit,
 totiusque antea vitæ noxis in Sacro
 iudicio apertis, aliisque Christianæ
 pietatis officiis rite munitus, epistolam
 ad Conjugem suam, & alteram ad Cæ-
 sare[m] scripsit, hæc duntaxat verba
 continentem: *Sacræ Cæsareæ Majestati*
commendat se, & ultimum vale dicit Caro-
lus Lotharingicæ Dux: Postea proli-
 bus suis Cæsari commendatis nonnisi pre-
 cibus, piisque suspiriis ad Deum in-
 tentus inter tenerrimos Christi Cruci
 affixi amplexus & oscula die decima
 octava ejusdem Mensis pie in Domino
 obiit, annos natus quadraginta octo.
 Erat præliorum numero, & victoria-
 rum gloria inter primos, quos ulla un-
 quam ætas vidit, heroes merita nu-
 merandus: Eminuit in eo singularis
 gloriæ propriæ contemptus; nunquam
 enim victoriarum laudem sibi vindicare
 intentus, semper vel partem in alios
 Belliduces transfundere, vel cum illis
 partiri solitus erat: Nec minori laude
 digna

digna est ejus modestia, temperantia, Sæc. XVII.
 integritas, ac præcipue inter militaris A. C. 1690.
 licentiæ scopulos illæsa continentia,

morum sanctimonia, ac pietatis religionisque cultus. Porro Corpus suum Oeniponti in Jesuitarum Templo reconditum quieverat, usque ad annum Domini millesimum septingentesimum, quo Leopoldus I. Dux ejus Filius illud Nanceium transferri jussit. Pariter die secunda Septembris Viennæ fatis cessit Philippus Guilielmus Palatinus Elector, raræ prudentiæ, ac magnanimitatis Princeps, cujus tamen ditiones Galli horrendum in modum devastarunt. Obiit etiam die vigesima secunda Aprilis Versaliis Maria Anna Christina Victoria Bavaricæ Electoris Filia, & Ludovici Franciæ Delphini Uxor, quæ ob eximias animi corporisque dotes omnem laudem promeruit, minus tamen Gallis accepta erat, eoquod ejus Parens belli suppetias Cæsari contra Franciam tulisset: magis grata Catholicis erat mors Michaelis Abassii Transylvaniæ Principis, qui licet Turcis pergravia tributa pendere & suum Principatum cedere coactus esset, eos tamen contra Cæsarem validis fovit auxiliis. Decessit denique die vigesima prima Junii Philippus Saxo-Merseburgensis Dux in prælio Floriacensi trucidatus,

Sæc. XVII. datus, necnon die quarta Novembris
 A. C. 1690. Jenæ Joannes Guilielmus Saxonizæ Dux
 unicus Bernardi Ducis hæres.

§. CVII.

Innici Caraccioli Cardinalis extrema.

*Eggs Purp.
 doct. p. 461.*

Diem supremum obiit hoc anno Inni-
 cus Caracciolus ex nobilissima hu-
 jus nominis familia Neapolitana ortus.
 Hic politiori litteratura, ac Philoso-
 phicis, & Juridicis scientiis apprime
 excultus, necnon Jurisprudentiæ lau-
 rea decoratus, ab Urbano VIII. diver-
 sis Romæ dignitatibus ornatus est:
 nec parcum sese Caracciolo seu potius
 ejus meritis exhibuit Innocentius X.
 a quo variis aggregatus Patrum cæti-
 bus, sua vigilantia atque industria Ro-
 manæ ditioni magna præstitit obsequia:
 Postea Cameræ Apostolicæ Clericus,
 & Auditor ab Alexandro VII. renun-
 tiatus, Purpuram simulque Infulam
 Archiepiscopalem Neapolitanam obti-
 nuit, Romæ usque ad Clementis X.
 electionem commoratus: eo autem ad
 D. Petri Cathedram evecto ad suam Ec-
 clesiam reversus, omnes boni vigilis-
 que Pastoris partes immoto studio ex-
 plevit usque ad obitus sui diem, sex-
 tam Decembris, qua meritis, annisque
 cumu-

cumulatus, animam Deo commenda- Sæc. XVII.
vit, annos natus sexaginta. A. C. 1690.

§. CVIII.

*Carolus Cerrus Cardinalis hoc anno
fatis functus.*

Hujus obitum prævenerat Carolus Old. in cont.
Cerrus patria Romanus, qui mira Ciaccon.
ingenii felicitate amœniorum æque ac
graviorum studiorum curricula non mi-
nus cito, quam erudite emensus, an-
no ætatis suæ decimo octavo jamjam
in Romana universitate, propugnatis
acerrime thesibus, Jurisprudentiæ Lau-
ream emeruit: Unde Urbani VIII. be-
neficio Canonicus Basilicæ Vaticanæ,
& Consistorialis Advocatus, & utrius-
que Signaturæ Referendarius electus
consummati Doctoris magnique Juris-
consulti famam sibi comparavit. Dein
Rotæ Auditor, & Decanus, Episcopo-
rum Examiner, & trium Congrega-
tionum Consultor nominatus, tot me-
ritorum suffragio a Clemente IX. Car-
dinalis, Episcopus Ferrariensis & Ur-
binatis Legatus renuntiabatur, cui le-
gationi per triennium communi om-
nium applausu, & populi utilitate, om-
nique pietatis integritatisque exemplo
præfuit. Romam inde ad graviora
negotia evocatus ab Innocentio XI. tanti

Yy 5 hadi-

Sæc. XVII. habitus est, ut hic in rebus majoris
 A. C. 1690 momenti nihil decerneret, quod non
 maturo Caroli judicio discussum, gra-
 vique ejus sententia approbatum esset.
 Eapropter sua virtute, eruditione, ac
 pietate, necnon meritorum erga Ec-
 clesiam Sedemque Apostolicam cumulo
 tam communem omnium existimatio-
 nem sibi conciliabat, ut post Innocen-
 tii obitum omnium ferme judicio futu-
 rus Successor crederetur: novercante
 autem fortuna, mortisque invidia Ca-
 rolus eodem adhuc anno, quo Alexan-
 der VIII. Petri solium conscenderat, pro-
 pe octogenarius die decima quarta Maij
 Romæ vivis ereptus est. Edidit mul-
 tis vigiliis elaboratissimas Conclusiones
 Juris Civilis præter alias Juris Cano-
 nici: Collegit insuper Epistolas Pon-
 tificias, & alia nonnulla.

§. CIX.

*Plures Alexandri VIII. Pontificis
Constitutiones.*

Bull. magn. Const. Alexii tom. 7. Præter Bullam, qua Alexander VIII. Regalæ extensionem unacum qua-
 tuor Cleri Gallicani articulis, cunctis-
 que inde secutis, irrita & prorsus nulla
 declaraverat, hancque Bullam prope-
 diem moriturus die trigesima Januarii
 anno sequenti publicaverat, insuper
 indulgit,

indulfit, ut indulgentiæ in die, ut vo-
cant; *Portiunculæ* in Ecclesiis FF. Mino-
rum applicari possint defunctis. Præ-
terea die trigesima Martii Societatis
Missionariis varias Indulgentias, &
dispensandi facultates concessit: cum
autem circa jus Patronatus, & Epi-
scopatum limites in Indiis variæ ori-
rentur contentiones, Pontifex decla-
ravit, quod Diæcesis Macaonensis di-
vidatur in duas, erecta Nankinensi, in
quam pariter Lusitaniæ Rex jus Patro-
natus tum ad præsentandum ad novum
Episcopatum, tum ad alias dignitates
ac beneficia habeat, ita tamen, ut ad
Archiepiscopatum Goanum tam Nan-
kinensis quam Macaonensis spectet.
Peckinum pariter in civitatem ere-
ctum, constituta Cathedrali unacum
Nanckino ad eundem Macaonensem
Episcopum & Provinciam Goanam per-
tineat, idemque Rex jus Patronatus
habeat, propter assignatam eidem,
sicut Nanckinensi in singulos annos do-
tem. Die autem vigesima octava Julii
idem Pontifex varia privilegia Fratri-
bus Ordinis de Mercede concessit, si-
mulque die decima tertia Augusti ad
exemplum Pii IV. & V. prohibuit ge-
stare secum certa arma ad lædendum,
& occidendum apta, præcipue bre-
viora, quæ facile abscondi possunt:
Con-

Sæc. XVII.

A. C. 1690.

~~.....~~

Sæc. XVII. Confirmavit etiam die septima Novembris Innocentii XI. literas, quibus Fratribus Prædicatoribus indulgit, ut Collegium sub invocatione B. Ferdinandi & Universitatem studiorum in Indiis Occidentalibus erigerent. Denique die vigesima octava ejusdem Mensis concessit indulgentiam plenariam pro unica vice, visitantibus Ecclesias Ord. S. Augustini in die Festivitatibus Canonizationis B. Joannis a S. Facundo, vel septem diebus immediate sequentibus.

§. CX.

Variae Sacrarum Congregationum Decisiones.

*Const. S.
Congr. Rit.
Concil. Et.*

Inter plures Sacrarum Congregationum Decisiones die vigesima prima Januarii Romæ Sacra Rituum Congregatio declaravit, quod in supplicatione Corporis Christi, quando Processio fit, Sacerdos celebrans, ejusque Ministri non debeant sedere: decidit quoque die vigesima octava ejusdem Mensis Sacra Concilii Congregatio, quod Episcopus possit pœnam Excommunicationis, dummodo sit in subsidium, laicis imponere, qui præsumunt contrahere Matrimonia coacto Parocho, & favent, aut consilium dant, vel ut testes interfunt. Approbante etiam Ale-

Alexandro VIII. Papa S. Rituum Cor- Sæc. XVII.
 gregatio die undecima Februarii statuit, A. C. 1690.
 quod si Festum Sanctissimæ Annuntia-
 tionis Beatæ Mariæ Virginis occurrat
 in feria sexta in Parasceve, vel in Sab-
 bato Sancto, transferatur, unacum
 præcepto audiendi Missam, & vacandi
 ab operibus servilibus, ad Feriam se-
 cundam post Dominicam in Albis, e-
 tiam quocunque alio festo impeditam:
 ita, ut eadem Feria, prædicto casu e-
 veniente, perpetuis futuris temporibus
 pro sede propria, & fixa memorato
 Festo Annuntiationis assignata, & sta-
 bilita intelligatur, & in illa eo prorsus
 modo, & forma præfatum festum quo-
 ad officium & Missam celebretur, qui-
 bus propria die vigesima quinta Martii
 in Calendario Romano appositum ce-
 lebraretur: protractis ad aliam diem
 non impeditam, juxta rubricas bre-
 viarii Romani, omnibus aliis Festis in
 eadem Feria occurrentibus, quæ non
 sunt altioris ritus, si vero in Sabbato
 Sancto, celebrationes Missarum privata-
 rum omnino prohibeantur in quibus-
 cunque Ecclesiis, & Oratoriis privatis,
 non obstante quacunque contraria Con-
 suetudine, & unica tantum Missa Con-
 ventualis unacum officio ejusdem Sab-
 bathi sancti celebretur.

Eadem

Sæc. XVII.

A. C. 1690

Eadem quoque Congregatio die decima quinta Aprilis decidit, quod Canonicus Coadjutor teneatur ad omnes functiones, quas facere deberet suus Coadjutus, & sedere in ultimo loco sui Ordinis, Canonicus quoque Theologus & Canonicus Pœnitentiarius non possint se eximere ab Officio Capituli. Declaratum etiam ab eadem Congregatione die decima Junii, quod translata aliqua Festivitate non dicantur translatae indulgentiæ pro die ejusdem festivitatis concessæ, nec liceat aliquid ea devotione seu autoritate privata miscere, mutare, vel opponere inter ea, quæ integrant officium cujusvis diei: Pariter die octava Julii S. Concilii Congregatio sancivit, quod percutientes, vulnerantes, vel occidentes oblatos in aliqua religione, in qua sese, & omnia bona sua cum effectu obtulerunt, incurrant Excommunicationem contentam in Canone. *Siquis Juadente Diabolo*, & in Bulla Cænzæ Domini, & contra eos per Censuras procedi possit, dummodo dicti oblati ultra alia requisita, habitum gestent, & in Conventu vivant sub obedientia Superioris.

Declaravit etiam die secunda Septembris S. Rituum Congregatio, quod non pertineat ad Ecclesiam Matricem
jus

ius privatum quoad S. Reliquiarum expositionem, sed id in omnibus Ecclesiis sit. licitum, in Processione autem, in qua defertur SS. Sacramentum, vel lignum SS. Crucis, tam Clerici Regulares, quam Sæculares, omnesque Laici, incedere debeant, detecto capite: in aliis vero Processionibus, Clerici deferentes Reliquias, & omnes Sæculares comitantes, incedere debeant detecto capite, alii tamen Clerici tecto capite cum Bireto.

Die autem quarta Novembris a S. Episcoporum Congregatione declaratum, quod Regulares, eoquod ab Episcopo Diæcesano male tractentur in examine pro excipiendis Confessionibus, non excusentur ad hoc, ut possint se exponere coram alio Episcopo vel Provinciæ Archiepiscopo.

§. CXI.

Opera & obitus Scriptorum religionis Catholicorum.

Celebriores ex Scriptoribus Ecclesiasticis hoc anno defunctis sunt sequentes. I. Godefridus Hermani Bellovacensis Canonicus, qui Jesuitis ad universitatem Parisiensem recipi postulantibus, eorumque libello supplici opposuit observationes pro eadem universi-

*Mem. des
Homm. Illust.
t. 2.
pag. 200.
Cerf. Auth.
de la Congr.
Du Pin
nouv. Bibl.
pag. 185.*

Sæc. XVII. veritate, necnon librum iub titulo:
 A. C. 1690. Veritates Academicæ: Pariter binas apo-
 logias scripsit contra Jesuitarum respon-
 siones. Edidit quoque apologiam pro
 Arnaldo contra reflexiones Francisci
 Renard, necnon Catechismum gratiæ,
 defensionem Discipulorum S. Augustini
 contra P. Bernagium Jesuitam, defen-
 sionem Pietatis & fidei Catholicæ contra
 Labadæum, Fraudem Calvinistarum
 detectam, factum pro Rotomagensibus
 & Bellovacensibus Parochis contra Apo-
 logiam Casistarum, Praxin Ecclesiæ
 in recipiendis Virginibus ad Monasteria,
 traditionem Ecclesiæ circa silentium
 Christianum, vitam SS. Athanasii, Ba-
 siliï, Chrystostomi & Ambrosii cum Hi-
 storia Ecclesiastica ejusdem ævi, &
 colloquiis spiritalibus in D. Matthæum
 II. Archangelus Gariæus Franciscanus
 posteris reliquit Concilia Apostolorum
 pluraque alia. III. Claudius San-
 Marthanus edidit duo volumina tri-
 ginta quatuor tractatum Asceticorum
 præter totidem volumina selectarum
 epistolarum ad diversos. IV. Hiero-
 nymus Joachimus Le Contat Benedi-
 ctinus Congregationis S. Mauri poste-
 ris reliquit exercitia Sacra pro Ordini
 Superioribus, & pro Benedictinis
 imaginem Superioris in Persona S. Be-
 nedicti, atque exhortationes pro singulis
 Domi-

Dominicis & festis. V. Innocentius Sæc. XVII.
 Penzini Ord. FF. Præd. scripsit tracta- A. C. 1690.
 tum de electione Canonica, practica,
 morali & Parenetica, commentaria in
 Pentateuchon, & quatuor Evangeli-
 stas, tractatum de Conceptione B. V.
 distinctionem fidei Christianæ à super-
 stitione præter alia nonnulla. VI. Joan-
 nes Ludovicus a S. Joseph Carmelita
 Excalceatus typis vulgavit Prælia mi-
 litantis Ecclesiæ seu Historiam om-
 nium Conciliorum Generalium, specu-
 lum rerum Ecclesiasticarum a D. Petro
 usque ad Innocentium XI, inconstan-
 tiam fortunæ Imperii Romani in Impe-
 ratorum successione & tractatum de
 tribus familiis Gallicis in successione
 Comitum Flandriæ. VII. Christopho-
 rus Rachettus Carmelita elucubra-
 vit duodecim volumina partim Philo-
 sophica partim Theologica præter lexi-
 con Theologicum, & allegationem Ju-
 ris pro Vicentina exemptione pro Re-
 gularibus Confessariis approbatis.

§. CXII.

*Protestantium Scriptorum lucubra-
tiones & fata.*

Ex Scriptoribus A catholicis, quorum *Arnold Hist.*
 opera recensere lubet, occurrit pri- *Hæret.*
 mus Caspar Heunisch secta Lutherana *Witte Diar.*
Hist. Eccles. Tom. LXV. Z z nus,

Sæc. XVII. nus, qui Hermanni clavem Apocalyp-
 A. C. 1690. cam, & Antichyiasmum edidit. II.

Thomas Barlow Lincolniensis Pseudo-
 Episcopus acerrimus Catholicorum ho-
 stis typis commendavit Ufferii Chrono-
 logiam, & tractatum Historicum de
 excommunicatione & depositione Re-
 gum &c. III. Kilianus Rudrausius e-
 lucubravit Institutiones morales Chri-
 stianas, Dissertationes de potentia,
 Scientia & voluntate Dei, Archontolo-
 giam de Scriptura Sacra, Disserta-
 tiones de permissione Divina circa pec-
 cata, de propagatione Animæ huma-
 næ, de adessentia Dei extramundana,
 Philosophiam Theologicam, Theolo-
 giæ Polemicæ Syllogen, de religione
 & Symbolis Oecumenicis præter alia
 quædam. IV. Quirinus Kuhlman ce-
 leberrimus ex Lutheranis Fanaticus,
 qui ob sua scelera vivus hoc anno tri-
 gesima Octobris die combustus est. Hic
 publici juris fecit prodromum quin-
 queni mirabilis, heptaglotta Kuhlma-
 niana, mysterium viginti & unius se-
 ptimanarum, quinarium suorum lapi-
 dum adversus Goliathum, Constantino-
 politana de conversione Turcarum, &
 alia quamplurima deliriis plena, æter-
 nisque tenebris digna.

§. CXIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1640.*Bulla Alexandri VIII. Pontificis ad-
versus Clerum Gallicanum.*

Currentis sæculi anno nonagesimo primo Alexander VIII. Pontifex Maximus, cum Cleri Gallicani acta tam in Regalium caussa, quam in Parisini Conventus declaratione revocari desperaret, Bullam jam anno priori conceptam, subscriptamque promulgare statuit: Igitur, quamvis ultimo ac lethali morbo decumberet, biduo tamen ante obitum suum seu die trigesima Januarii Cardinales convocat, ac sermone habito de præsentis rerum statu eisdem declarat, quod quidem cum Gallis citra Sedis Apostolicæ detrimentum transigere, pacemque revocare conatus, Furbinum Purpura decorarit, pluraque alia in Regis favorem præstiterit: spe autem sua frustratus, ut morti proximus suæ satisfaceret conscientiæ, omnia Cleri Gallicani decreta rejicere ac damnare, obstrictus sit: In hujus rei fidem duos Protonotarios & Abbates adesse iussit, coram quibus testabatur, nunquam se quicquam in Sedis Romanæ præjudicium decrevisse, semperque Regalium usurpationem & Cleri Gallicani decreta

Z z 2

repro-

Sæc. XVII. reprobasse, nunc vero palam declarare,
 A. C. 1690. quod Rex Regalia ab anno hujus sæculi
 octogesimo in Regno suo, aliisque ditionibus recens adjectis exacta revocare teneatur, ac illum contentum esse oportuisset, eadem accipere in Provinciis atque Episcopatibus illis, quos Lugdunense Concilium ejus Prædecessoribus adjudicaverat. His dictis Alexander Papa scriptum diploma Cardinali Albano publice prælegendum, promulgandumque commisit: Erat autem illius tenor sequens:

„Alexander Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam: Quandoquidem inter cumulas Pastoralis Officii nostri curas, nunquam non summo studio contendimus, ut quævis, & universalis Ecclesie, & particularium cætuum, ædium item Sacrarum, & Personarum Clericalium, jura, privilegiaque facta testata conservari queant; inde merito etiam ea, quæ a Venerabilibus nostris Fratribus Archiepiscopis, ac Episcopis, ut & ab aliis pluribus ex Ordine Sacro Gallicano, in Comitibus Regni antevocatum habitis, adversus jura Ecclesiarum Nationalium, ipsius quoque Sedis Apostolicæ Authoritatem, peracta sunt, intimius ad animum revocavimus nostrum, eo magis, quod
 „illi

„illi latam in extensionem Regaliæ ad Sæc. XVII.
 „omnes Ecclesias Gallicanas consen- A. C. 1690.
 „tore; allegatam insuper declaratio-
 „nem suam publicæ luci committere,
 „& cum omnibus infecutis ad hunc
 „usque diem palliare dicamus, an
 „propugnare, sustinuerint, nihili, aut
 „parvi certe pensis quibuscunque ad-
 „monitionibus (ut a male cæptis, ac
 „injuste probatis desistere velint) ite-
 „rum iterumque frustra repetitis. Quin
 „imo Pontificiæ Sedis, ac universalis
 „Ecclesiæ, & cujusvis cætus particu-
 „laris, personæque Clericalis rebus,
 „ut opposita declaratione, & Consti-
 „tutione, quam fieri potest, optime,
 „jam nunc, & in perpetuum consule-
 „retur; tandem post accuratissimam
 „Cardinalium, aliorumque doctissimo-
 „rum Virorum inquisitionem, ex au-
 „thoritate desuper concessa nobis, de-
 „cernere voluimus; idque ad exem-
 „plum Innocentii XI. Prædecessoris no-
 „stri, sanctæ recordationis, qui ad li-
 „teras Cleri Gallicani, die 22. Aprilis
 „Anno 1682. respondens, in forma Bre-
 „vis omnia, quæ in illius comitiis Pa-
 „risinis acta fuerant, rescidit, & cassa-
 „vit, eaque perpetuo irrita declaravit.
 „Per præsentem igitur nostras & nos,
 „quæcunque in famosa illa Francici
 „Cleri congregatione, tum in caussa
 Zz 3 „ex-

Sæc. XVII. „extensionis Regaliæ, tum declaratio-
 A. C. 1600. „nis de potestate & jurisdictione Ec-
 „clesiastica, in status, ac Ordinis Cle-
 „ricalis, Pontificiæque Sedis præjudi-
 „cium facta sunt, & omnia five sæcu-
 „larium voluntate, five Clericalium in-
 „de sequuta, quæque in posterum de
 „istis attentari fortasse continget, ipso
 „jure nulla, invalida, irrita, injusta,
 „damnata, reprobata, inania, viti-
 „bus & effectu vana omnino fuisse,
 „esse, & in perpetuum fore, libero ac
 „proprio motu, declaramus, pro nul-
 „lis etiam ac irritis ab omnibus, nunc
 „& in perpetuum haberi volumus, at-
 „que mandamus; neminemque ad il-
 „lorum observantiam teneri, neque
 „ex illis cuiquam aliquod jus, vel actio-
 „nem, aut titulum coloratum, vel
 „causam præscribendi, licet longissimi
 „temporis possessio subsequatur, acqui-
 „situm fuisse, nec esse, minusve ullo
 „tempore acquiri, & competere posse;
 „imo perinde, acsi non emanassent,
 „pro non exstantibus, & non factis
 „perpetuo haberi debere, decernimus
 „atque jubemus. Et nihilominus ad
 „abundantiorem cautelam, articulos
 „præfatos, aliaque præjudicialia, no-
 „stro motu, scientia, deliberatione, &
 „Pontificiæ potestatis plenitudine, ite-
 „rato penitus damnamus, reprobamus,

„mus, viribus ac effectu vacuumus; Sæc. XVII.
 „& contra illa, deque eorum nullitate A.C. 1690.
 „coram Deo protestamur; inhibentes
 „quascunque adversus hanc Bullam
 „exceptiones, cum primis prætextum
 „sub - & obreptionis, nullitatis, aut
 „invaliditatis; decernentes e contrario,
 „litteras hasce nostras perpetim validas,
 „& efficaces existere, ac fore, suosque
 „plenos, & integros effectus sortiri, &
 „obtinere, sicque per quoscunque Ju-
 „dices ordinarios ac delegatos, ubi-
 „que judicari, ac definiri debere, sub-
 „lata eis, & eorum cuilibet quavis
 „aliter judicandi & interpretandi fa-
 „cultate, & autoritate; ac irritum,
 „& inane esse, si secus super his a quo-
 „cunque quavis autoritate scienter,
 „vel ignoranter contigerit attentari;
 „nec in contrarium ulla Conciliorum
 „decreta, sive a nonnullis allegata,
 „sive in posterum alleganda, quicquam
 „valitura, uti nec alia Imperatorum,
 „Principum, sapientum scita, consue-
 „tudines, jura, Constitutiones, privi-
 „legia, literæ, indulta, quocunque
 „veniant nomine; iis enim omnibus,
 „& singulis nostro diplomate deroga-
 „tum volumus effectum omnem, quin
 „imo publice derogamus, unico hoc
 „addito: ut præsentium transumptis
 „etiam impressis, manu Notarii publici
 Z z 4 „sub-

Sæc. XVII. „subscriptis, & Sigillo alicujus perso-
 A. C. 1690. „næ in dignitate Ecclesiastica confi-
 „tutæ munitis, eadem fides prorsus
 „adhibeatur, quæ ipsis Originalibus
 „literis adhiberetur, si essent exhi-
 „bitæ, vel ostensæ.”

Recitata hac Bulla Pontifex ea-
 dem adhuc die illam consueta in locis
 affigi jussit. Haud diu Ludovicum Re-
 gem, quæ a moribundo Papa Romæ
 gesta fuissent, latere poterant, hoc
 tamen diploma, utpote adhuc incogni-
 tum, nec omni consueta solemnitate
 promulgatum silentio prorsus transmit-
 tendum censuit, spe fretus, fore, ut
 a Purpuratorum Collegio mitioris a-
 nimi Pontifex eligeretur, qui prudentia
 sua repararet, quicquid a duobus
 Prædecessoribus perperam gestum fuisset:
 Verum Parisiense Parlamentum
 non ea utebatur moderatione, sed de
 nova Papam vexandi occasione tripudians,
 Regi declarabat, haud igno-
 tam dici posse Bullam, quæ Romæ in
 publicis viis, præsentem ipso Regio Ora-
 tore, & Cardinalibus promulgata esset.
 His igitur permotus Rex Parlamento
 injunxit, ut in pleno confesso ab hac
 Pontificis Bulla provocaretur, facta-
 que appellatio Senatus tabulis infere-
 retur.

Sæc. XVII.
A. C. 1690.

§. CXIV.

*Alexandri VIII. Pontificis Maximi
obitus.*

Postquam Pontifex solemnem hunc declarationis actum, quem Romani gloriosam Pœnitentiam de nimio Gallorum favore vocabant, singulari animi præsentia peregerat; die prima Februarii gravius vim morbi ipso senio auctam sentiens, rursus omnes Cardinales convocari iussit, quibus ultimum valedicens, hac voce eos allocutus est: *deficiunt vires, Fratres Venerabiles, sed non deficit animus &c.* Postea veniam ab omnibus exorans, eosque ad dignioris Successoris electionem adhortatus, cunctis bene precatus est: postea omnibus Ecclesiæ Sacramentis munitus, eadem die magno suorum mœnore vitam finiit his verbis: *Et unam, Sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam*: Vixit annos octoginta duos: Pontificatum vero nonnisi unicum tenuit annum, tres Menses, & quindecim dies.

Sæc. XVII.
 A. C. 1690.

§. CXV.

Ejusdem Pontificis gesta in Pontificatu.

Multa, magnaue hunc Pontificem exiguo admodum tempore gessisse, hucusque recensita testantur, abs dubio majora prudentiæ ac fortitudinis Apostolicæ specimina editurus, nisi tam probatæ virtutis dexteritatisque Præsulem mors Orbi Christiano invidisset: Eminuit præcipue singulari Zelo, quo Romanæ Ecclesiæ jura, ac integram fidem usque ad postremum vitæ halitum sartam tectam servare studuit: liberalem se quoque ac munificum erga bene meritos, præsertim suos affines exhibuit, unde non mirum, quod ab æmulis Nepotismi redarguatur: Profudit etiam ingentes opes in eos, qui Christianæ fidei studio arma in Turcas verterunt, unde in laborum pro fide & Republica exantlatorum mercedem Francisco Mauroceno Venetorum Duci Pileum & Ensem transmisit. Ut vero tanquam providus Pater subjecti populi necessitatibus succurreret, Nepoti suo in mandatis

datis dedit, ut severe inquireret in Sæc. XVII.
A.C. 1690.
 eos, qui annonam fraudabant, ipse vero in publicis horreis semper viginti mille tritici modios reconditos haberet, data omnibus copia segetem distribuendi, retenta duntaxat ea frumenti parte, qua quotannis triticum ad publicam alimoniam distributum compensaretur: imminuit etiam vectigal carnis, olei & tritici Romanis civibus impositum. Ferventibus autem inter suos Domesticos dissidiis totus in eo erat, ut posito odio illico reconciliarentur: prohibuit etiam artificibus, civibusque, ne Regum, ipsiusque Papæ insignia in ædium superliminaribus affigerent, eo quod sub umbra picti Principis non raro libidinem grassari, & delictorum impunitatem invehi comperiisset: Gubernatori sciscitanti, an ad ærarium gravi onere levandum militum, quorum plusquam quater mille insignis erant, numerum imminui vellet, respondit: *Principum honori esse, non oneri phalanges militum, potius liberos & satellites dimitteret, hos enim Romæ superabundare: rediret autem civitas in civitatem, & ad seipsam Roma, Majestate ac libertate vetusta servata.* Ceterum Alexandrum Jesuitis minus

Sæc. XVII. minus affectum asserunt nonnulli,
A. C. 1690. Huylenbrockius tamen Jesuita (*)
 testatur, quod Jesuitæ huic Pontifici
 præsentissimum Societatis discrimen
 atque excidium a se sublatum esse
 non sine ingenti lætitia adscri-
 ptum referant.

(*) Præf. pag. 7. Vind. Soc.



BENE.